






G 75 g
R

Sequitur fortuna laborem.

GVLIELMI GRATAROLI

BERGOMATIS

Artium & medicinę doctoris,

OPVSCVLA.

Quorum cathalogum versa pagella indicat.

Ab ipso autore denuò correcta & aucta.

LVGDVNI,

Apud Gabrielem Coterium,

1558.


De memoria reparanda, augenda, conseruandáque, ac de Reminiscentia: tutiora omnimoda remedia, præceptionésque optimæ.

De prædictione morum naturarumq; hominũ, cum ex inspectione partium corporis, tum alijs modis.


De temporum omnimoda mutatione, perpetua & certissima signa & prognostica.

De literatorum & eorum qui Magistratum gerunt conseruanda valetudine &c.

Pestis descriptio, causæ, signa omnigena, & certa præseruatio.



SERENISSIMO
AC PIO BOHEMIÆ REGI
Maximiliano perpetuam felicitatem à domino Deo precatur Gulielmus Gratarolus doctor medicus.



* * *

DVM postremā, inclitæ Rex, meorum opusculorum æditionem paro, in qua plus annum eam conatus sum adhibere diligentiam quam Horatius intelligit, cum in nonum annum premi lucubrationes iubet: contingit vt literas acceperim à nobili doctissimoq; iurisconsulto & paternæ Regiæ maiestatis tuæq; prudentissimo consiliario D. Gasparo à Nydbruck, qui (vt etiam tua nouit serenitas) in sua ista florenti ætate non solum mores hominum at multorum vidit vrbes, verumetiam apprimè studiosus est omnis ferè generis bonorum librorum scrutator, & collector: quibus in literis scribit librū meum superiori æditione maiestati tuæ dedicatum ac datum, ab eadem clementer ac benignè susceptum, & ab omnibus tuæ serenitatis atq; serenissimæ Reginæ medicis plurimum commenda-

tum fuisse. quorum omnium tanti equidem iudicium facio, vt non adeò curem si fortasse pluribus aliis minus placuerit. non igitur augustius nomen vnquam opto, sub cuius perpetuo splendore ac patrocinio nunc longè nitentius opus in ampliorem exeat lucem. tua namque maiestas (vt superiori quoq; tempore scripsi) animo meo semper arrisit, quum variis de caussis quas longum esset recẽsere, tum quia inter cæteros Principes ac Reges, non tantum apud potentes Germanos, & bellicosos Hispanos, sed etiam Italos (vt alias quas non noui gentes omittam) sanctè audiat tua optimæ spei maiestas: faxitq; omnipotens Deus vt indies: quoad fieri iustè potest, vnà cũ nomine crescat & res. Huc accedit quod etiam intellexerim, ornatissimam apud T. M. perstrui bibliothecam tali Rege non indignam, in qua, spero, non postremam partem obtinebit liber meus, qui priore sui parte mirum in modum eos iuuabit, qui ex ea vel quacunque alia librorum supellectile proficere in ediscendo voluerint: eorum namque libellorum vnus est De Memoria recuperanda conseruandaq;: secundus De Physiognomia: tertius prognostica perpetua certaq; continet. Cæterum cum sapiẽtis & philosophi proprium sit rationem & caussam sui operis reddere, dicam breuissime, quid me potissimum ad hæc mouerit. In tanta librorum ac discentium copia, videbar mihi, ita mouente

Deo,

Deo, rem studiosis non inutilem me facturum, si de Memoria (& si argumenti talis plura bona aliâs extent opuscula) succincte præcepta & selectissima remedia indicarem: quam si quis iustis præconijs ornare velit, multas opplebit chartas, actumq; aget. quis enim est qui nesciat Memoriam, vniuersorum sensuum communem fore arcam? siquidem quicquid vel oculis conspicimus, vel auribus haurimus, aut denique ipsa mente concipimus, vsui ac meditationi seruat: de qua Seneca in præfatione libri Declamationum: Memoria, inquit, est res ex omnibus partibus animi maxime delicata & fragilis: in quam primum senectus incurrit, &c. De physiognomia itidem non est quòd multa præfari velim: nam si concesserimus (vt concedere par est) sapientissimum Deum non ab re corporum atque hominum varietatem fecisse dubio procul fatebimur, hanc dijudicandi facultatem probe tractatam, & vtilem admodum & bonam esse. Cùm enim sine vllius rei adminiculo solus Deus in corde videat, magísque animæ quàm corporis scrutator existat, homo tantum in facie & ab extrinsecis intrinseca cognoscit. Quis cordatus princeps seruum in familiam accersat, nisi antè solerti examine ex facie mentis nota, ex oculis animæ fenestris, & ex omni denique corporis situ & specie naturam illius rimetur atque exploret, num frugi & rei familiari vsui

futurus sit? Proditum est memoriæ, Pythagoram à principio statim adolescentes prius quàm in disciplinam suam admitterentur, φυσιογνωμονεῖν consueuisse, hoc est, indolem ex oris, vultus, totiusq; corporis serie atque habitu scrutatum, num ad philosophandum apti essent: quòd reluctante genio haud feliciter aliquid cedat. Quamuis autem illud interdum præter communem philosophorum fidem & sententiam longè secus euenire cernas, vt è corpore deformi insignes prodeant virtutes, hoc tamen eatenus fieri existimandum est, quatenus animus diuini numinis afflatu, philosophiæq; adminiculis adiutus, externas omnes virtutiq; contrarias exuit affectiones, & rebus honestis inuigilat: vt Socratis, inter cæteros, exemplo notum est. Cum enim Zopirus ex solis lineamentis coniecturam faciens diceret, eum multis vitijs obnoxium esse, fatebatur Socrates se natura propensum ad ea vitia esse, sed commemorabat se ratione ac diligentia regere ac cohercere. Illorumq; opiniones explodendæ sunt, qui cæco quodam iudicio vanam physiognomiæ artem censent, quæ iam à priscis illis statim temporibus ad hanc nostram vsque ætatem longissimis obseruationibus, multo rerum vsu, varijsq; euentibus comprobata, ex certis & peculiaribus corporis humani indicijs naturam inuestigandam tradidit. Nec me latet humanam naturam moribus, doctrina, & legibus

bus contrictam, sæpius scelera occultare, ac probitatem honestatémque præ se ferre: attamen vt timidus ex fuga aliquando cognoscitur: ita passionibus alijs alij affectus dignoscuntur: ac (vt inquit ille) Heu quam difficilè est crimen non prodere vultu. Et quamuis non pari modo mortales affectus & detegant & aperiant, nemo tamen ad harum alteram partium tam cautè inclinat animum, quin tempore procedente deprehendi queat, siue is secunda eleuetur sorte, siue egestate prematur. id enim quod casu sit, siue virtutis, siue vitij speciem gerat, ordinem minime statuit: sed qua in parte mens affixa maneat speculandum est, indeq; actiones nominandæ sunt. Tertium De perpetuis prognosticis adieci, cùm viderem quot annis incertas prædictiones fallacesq; (causa equidem difficillimæ astrorum scientiæ, ac humani ingenij cæcitate atque audacia) inuulgari velens nimirum ex ijs quæ sub sensibus cadunt, ostendere longe certiorem esse prædictionem. Non nouas artes scientiásue propterea me allaturum nunc polliceor, verùm earum quæ à clarissimis viris inuentæ sunt, partem vtiliorem aliquam dilucidare ac facilem reddere augereq; nitimur. Neque illud à me expectetur in his opusculis, quò varios adducam sæpius autores, cùm nullam ferè autoritatem expostulem, præterquam experientia ipsa exhibebit. Quod ad stilū spectat, vsus sum (id

postulante operis materia) non latinissimis verbis & abstrusis, sed perspicuitate qua potui, id est, vocabulis plurimum vsitatis, seruata illorum significatione. Nunc serenissime Rex luculentius meæ erga T. M. perpetuæ obseruantiæ symbolum dare non potui: neque ego, vt moris est, partem aliquam tuarum laudum attingam, quòd nec idoneus sim tanto muneri, nec hactenus desuerint aut defuturi sint doctissimi viri, qui hanc prouinciam subierint. Quamuis, vtpote qui bonorum principum exemplum iam esse inceperis, humanis laudibus non egeas, satis ex re ipsa commendatus. Me verò tuæ Maiestati humillimè commendo ac dedo. Christus Deus optimus maximus M. T. quàm diutissimè incolumen ac florentem suis donis augeat ac seruet.

Basileæ Calendis Feb. M. D. LIIII.



LIBER HIC DE MEmoria & reminiſcentia diuidetur in capita ſeptem.

Primum caput declarat quid ſit Memoria, vbi vigeat, quàm vtilis & neceſſaria ſit, &c.

Secundum potiſsimas quibus lædatur cauſas, earúmque notas continet & curationem.

Tertium quomodocunque memoriæ nocentia præcipua oſtendit.

Quartum ſimiliter iuuantia particularia enumerat.

Quintum nõnulla probatiora ſelectioráque medica remedia compoſita continet, ſeruantia multúmque augentia memoriam.

Sextum philoſophica conſilia, canones, & præcepta reminiſcentiæ narrabit.

Septimum caput breui ſermone de locali vel artificioſa memoria agit.

Dictorum breuis epilogus vltimò ponitur.



QVID SIT MEMORIA, VBI VIGEAT, QVA'M' *vtilis & necessaria sit,*

CAPVT PRIMVM.



EMORIA est per quam animus repetit illa quæ fuerunt. Vel, est firma animi rerum & verborum dispositionis perceptio. Aut(vt Aristoteles opinatur) imaginatio est, quæ ab his quę sensus deprehenderat, remanet. Platonis autē sentētia, Memoria est sensus & incolumitas:nam anima sensuum officio adipiscitur quæcūq; sub sensum cadunt, indeq; opinionis origo est. Sed per mentē ipsam intellectualia animaduertit, & intelligentia fit. At memoria amissa per reminiscentiā denuo resumitur:nam cū obliuio siue memoriæ amissio duplex sit perpetua videlicet & tēporan

poranea, in hac quidem reminiscentia agit, de qua inferius suo loco dicetur. neque alterius partis animæ aut cerebri est effictio seu imaginatio, alterius verò memoria: sed in subiecto eodem insunt atque eiusdē partis animæ functiones, & vtraque est totius cerebri, in cuius toto corpore fusa est princeps sentiendi anima: non absque ratione tamen antiqui dixere diuersas capitis ac cerebri partes ab his animæ functionibus occupari. Sedem igitur habet memoria in occipitio in tertio vocato ventriculo, quem & puppin vocant. Longum esset ac penè superfluum hic (vbi studeo breuitati) cerebri totius anatomen describere, quam in multorum libris videre licet, præsertim doctissimi pariter & diligentissimi Andreæ Vesalii. Dicam tamen aliquid breuissime ad rem nostram propius faciēs. Tres animæ operationes sunt in cerebro, phantasia seu imaginatiua, ratiocinatio, & memoria. Primæ duæ in duobus vētriculis cerebri maioribus; tertia in tertio & minori exercetur. Inter cerebri caua animalis spiritus tenuis purus, mūdissimúsque versatur, atque talis defertur memoriæ: quæ quidem claritate & subtilitate spiritus indiget

diget. Quòd si non aperiatur via illa qua transit spiritus ad puppim cerebri, nihil homo reminiscitur : & contrà qui velocē habēt huiusce viæ aperitionem, prudentes sunt, & velociter respōdent, vt sunt quidam cholerici : qui verò pigram illam & tardam habent, pigri sunt & tardi ad discendum atq; respondendum, suntq; tales vt plurimū phlegmatici vel melācolici, crassisq; ac multis cibis ac potib. vtentes. Rari quidem reperiuntur, qui felici ingenio, & fœcunda memoria dotati à natura sint. siquidem ingenium subtilem & mollem cerebri substātiam, memoria permanētem indicat. Dicit quoq; Galenus capite duodecimo Artis medicinalis, ingenium quidem subtilē cerebri substātiam indicat, tarditas verò intellectus crassam. &c. Huic functioni deseruiēs spiritus, à corde per arterias ad caput subuolat, & exterius nos cingēte aere alitur, diuturnitatémq; consequitur. Et deniq;, conueniunt phisici omnes, Memoriam potissimum pollere ex bona temperatura organi sedísue, in qua hāc functionem anima exercet. Indicium etiam erit eos valere memoria, quibus in posteriora caput protuberat : eandem infirmum experiun

periuntur quibus ibidem velut complanatum ceruiri exequatur. Sciendumq; quòd sapere fit ex spirituum bonitate: boni verò spiritus sunt qui claritate ac motu tẽperati sunt & subtilitate. Plato in Theæteto, Nõ recte, inquit, anima se habet in denso, aut lutulento, aut molli nimis, aut duro. Intẽperies autẽ multifariam cõtingit: nam ex vtero quis tam validam nonunquam contrahit, vt non solum memoria, sed & ratio lædatur, atque ita stultitia fiat: cuius inter cętera signa, vt habet Aristoteles primo De Animalium natura, sunt pręgrãdes & erectę aures: Si solem Arietem aut Scorpium peruagãtem aliquo nascẽte Luna adeat, ei cerebrum adeo affligit, vt melãcolica passio paululũ adultis aboriatur. Ex prauo item victu frequẽs est cerebri intemperatura, quãdoq; ex insalubri ambiẽtis aeris cõstitutione: nã vetus est dictum, vbi sit siccior aer, ibi ferè etiã esse acriora ingenia, animámq; prudentiorem seu promptiorẽ: sic crassum cœlũ & pingue ingenia gignit hebetiora. Eadẽ diætæ est ratio, vt etiã habet Galenus in libro Quòd animi mores, &c. Quinetiã ex casu, ex percussione, ex morbo & aliis id genus iniuriis labefactatur, quorũ exempla

pla varia & ex Thucydide lib. 2. belli Pelop: & ex aliis haberi possunt: quidam ictus lapide, oblitus est tãtum literas, ex prealto tecto lapsus, matris, affinium & propinquorũ cepit obliuionẽ: sui verò nominis oblitus est Messala Coruinus orator. Ecce igitur quàm fragilis sit omnium preciosissimus hominis thesaurus. Memoria inter humanę naturę commoda, teste etiam Seneca, primũ sibi locum vẽdicat: nam multa legere studiosis facile, multaq; intelligere bono atque exercitato ingenio non dificile est: verum ea cõgerere, & in memoriæ scrinio cõseruare, ita vt non effluãt, necessarium ac præcipuũ est humanę vitę bonum. Vt testatur Plinius libro 7. cap. 24. Cirus Persarum rex omnes suos milites nominatim appellabat. Mithridates duarũ & viginti gentiũ rex, totidẽ linguas absq; interprete & audiebat & alloquebatur nec desunt innumera penè quorũcunq; temporum exẽpla præstãtissimæ in hominibus memoriæ. Quibus igitur non est tam excellẽs memoria, labore vt eam assequantur, opus est, sine qua vix in virum excellentẽ quisquam emerget: fieri enim solet, vt quãtum quisque memoria emineat, tantum eniteat et sapiẽtia, nisi

sit

sit somnolētus atque ociosus. Et poëtæ non ab re sapiētiam memoriæ filiam finxerūt: ac de ipsa recte scriptum est, Vsus me genuit, mater peperit memoria. Nonnulli iam ætate prouecti, hac arte freti, ad literas se cōferentes, non multis mensibus in viros euasere doctissimos. Quo igitur pacto ea acquiriri augeríue possit ac seruari, hoc opere disseremus. Constat autē cùm pluribus doctis, tum verò Ciceroni, memoriam habere quiddam artificij, & non omnem à natura proficisci: Sic igitur & nos prius docebimus quo victus genere, quibúsue medicaminibus ea acquiriri firmariq; possit, breuia, clara, vsuq; probata ponētes: postea, de artificiosa memoria, quæ eadem ipsa est naturalis, sed preceptionibus quibusdā firmatur, ac obseuationibus, locis, imaginibusq; constat, succinctè agemus.

Caput secūdum, præcipuas quibus lædatur causas, earumq; notas & curationem continet.

DVæ sunt causę principales quę obsunt memorię frigiditas & humiditas: quę frigiditas vel sola est, vel cū humiditate cōiūcta: omittemus corruptionem quę fit à calido & sicco intēsis. plus tamē nocet frigiditas humiditate: ea siqui

quidem confundit naturam, neq; eius opus ingreditur nisi tanquam sub dominans instrumentum. Humiditas verò retentiuæ contrariatur, quæ sicco proportionato confortatur: nam siccitas superflua nocet præsertim apprehẽsioni, dum impedit ne insigillentur formæ. Frigidi est sistere, & calidi mouere: ergo frigiditas impedit motum necessarium ad memorandum. Retentionem verò impedit humiditas. Deniq; cum frigiditatis filia sit obliuio, vt & Paulus AEgineta, & reliqui tenent, dicendum ac tenendum est, eam magis obesse memoriæ, quàm noceat humiditas. Propter frigiditatem enim quæ humores & spiritus congelauit, spectrum seu species imprimi non potest. Quorum igitur memoria vel intellectus perit, somnos etiam obseruare oportet, vtrum vehementer an modice somnolenti sint, aut omnino non somnolenti, sed secundum naturam habeant. Sic enim vincentem inuenies intemperaturam: nam ex multo ac profundo somno, humiditatem obesse: ex vigilia, siccitatẽ: ex horum medio æqualitatem & bonam humorum proportionem cognosces. Adhæc considerandum, vtrum excernat

quippiam ex naribus vel ex ore quod à capite defluat, an aridæ ex toto vel vt plurimum huiusmodi partes sint, atq; antecedentium causarum & externarum cognitio capitis dispositionem declarabit, quò idoneam dispositioni curationem adhibere possis. Vbi dominatur cerebri humiditas, multa somni cupiditate tenentur, oris plurima est saliua, & in naribus oculisq; pituita frequēs: omnes motus hebetes sunt. Tales præsentia recordantur & nuperrimè gesta: dudum verò facta, aut nequaquam aut difficile recordantur: nam humiditatis cerebri est facile admittere & dimittere quas libet impressiones.

Siccitate dominante, quæ humiditati contraria est, ex contrariis signis indicatur: adsunt enim capitis vigiliæ, leuitates, & rarissima illarum superfluitatū emanatio. quæ à naso, palato, & oculis expelli solet: oculi sunt caui: citò calui fiunt: aurium tum abūdabit cerumen. Quantum verò ad memoriam spectat, præsentia difficilius inscribuntur, & inscripta diutius tenentur: inde fit, vt quæ antea gesta sint, facilius memorentur & reddantur, quàm quæ nuperrimè geruntur. Exemplo sint senes, qui gesta

ab

ab ineunte ætate recitant ordinatim, præsentia verò non recordantur aut confundunt. Hoc etiam contingit senibus: quia ex frequentatis actibus fit habitus: hinc fit vt decrepiti bene recordentur antiqua, quoniam sæpius circa illa vel illis similia considerauerunt: male autem noua: quòd illis impressio non facile fiat ob duriciam sensorij.

Si dominatur frigiditas, his facies albet, lumina languent, venæ incõspicabiles fiunt, somnolenti sunt, partes ad caput attinentes parum calidæ erunt, nec rubicundæ: mens erit stupida, vertigineq; grauatum caput, & tardæ rememorationis. Hæc qualitas, vt prædiximus, valde officit, & animi facultates imminuit, inertesq; efficit: nam vt calidi est mouere, ita frigidi econtrario facere: scias tamen in vniuersum, viuentis cerebrum calidius esse aere æstiuo, vt Galenus habet in De vsu partium.

At cùm viget in cerebro caliditas his notis facile innotescet: nã quæ circa caput sunt, calida magis ac rubricũda sentiũtur: oculos cernes versatiles, eorũq; venas magis apparẽtes: Capilli in lucem editis statim oriũtur, nigri, robusti, crispiq; fiũt: breuibus somnis nec profun-

dis contenti sunt: motuum velocitas & recordationis inest. Si verò auctior sit & facta innaturalis caliditas, vigiles erũt. Hic nimius calor animales spiritus excoquit, in fumosq; ac fuligines diripit & succos generãdis spiritibus aptos torrefacit. Qua de re felici vel tuta memoria destituuntur.

Si verò duæ qualitates adiungantur, signa earum tãta proportione cognosces, quanta istæ qualitates aut intendentur, aut remittẽtur: nec dificile fuerit iudicium ex præmissis, vt si fuerit caliditas & siccitas extra temperiem, aderit permixtio sensus, vel phrenitis iuxta intensiorem gradum qualitatum. constat igitur memoriam posse medicinali artificio seruari, augeri & excitari, cum constet cum morbo minui, deficere, & deprauari.

Quo itaq; ad curandi rationem, victus primo pro causarum varietate mutatur, vt infra dicemus. Annotandum verò prius est, obliuionem à natura reportatam, non facile remoueri posse, nec quæ à causa calida & sicca fuerit, sano in cæteris corpore. Hoc etiam interdum euenit, vt præter cõsuetudinem sit diminuta vel abolita memoria: tunc ti-

men.

mendum est de peiori ægritudine, nisi ocyus succurratur, scilicet Lethargia, Epilepsia, Apoplexia, Paralysi, cæterisq; id genus quæ à phlegmate in cerebro fieri solent, pro quibus ad medicos confugias. Si etiam ob extremam senectam memoria perierit, frustra laborandum admouendis scilicet remediis, non est: sed tantum conueniente victus ratione contentos esse oportet, denturq; cibaria & linctuaria humectantia & restaurantia siccitatemq; arcentia.

Si propter vehementes purgationes cæterasq; immodicas inanitiones, vel à siccitate, memoriæ noxa superuenerit, victu tãtum reficiente succurrere oportet: corroborato si quidẽ corpore, collectisq; viribus, memoria reparatur. Cibi conferent igitur succulenti & boni succi, qui facile concoquantur in ventriculo: vinum sit rubrum, maturum, dilutum: exercitia moderata & citra fatigationem: caput clemẽter fricetur: prolixe dormiant: molliter cubẽt: tepidæ aquæ balneis vtãtur: sudationes vitent: capiti abraso epithemata infundantur, vel fomẽtationes, ex decocto florũ chamæmeli, meliloti, seminis lini, hordei decorticati, aut ex lacte recens mulcto: in-

ungatur oleo susino, amigdalino, dialtea, butyro nō salito. Sumāt conseruam boraginis, buglossi, cortices citrei conditas, & similia.

Si à frigida cerebri intēperie sola sine materia malum ortū fuerit, opponatur caliditas frigiditati, & pariter humiditati siccitas, cum tēperamēto tamen: in caliditate enim & siccitate naturali omnis æqualitatis debet esse proportio, vt ne quid nimis: quia calor naturalis non est purus calor, sed compositus, in quo est proportio omnis equalitatis. non enim omnis caliditas bonā memoriam facit, nec omnis siccitas: sed quæ proportione respondet temperamēto, nec fluat in intemperiem immoderatam, cuius vis est actum propriæ virtutis tollere. Cauendum est ergo ne nimis cerebrum calefaciamus, aut exsiccemus nimis. Et qui temperato est capite, caueat ne medelas apponat. Qui igitur corruptionem memoriæ patiūtur ex immenso calido & sicco, quam coniunctionem plerunq; phrenitides & deliria sequuntur, iis oxyrhodinum capiti infundatur, & curatio reliqua cum his quæ refrigerant & humectāt, pulchrè complebitur. Quòd si ex nimia frigiditate adnixa intensæ

tensæ siccitati fuerit, quod accidere consueuit aut propter longos morbos, aut vehementes corporis labores, aut acres valde animi affectiones, quibus naturæ vires fatiscunt, & animales spiritus dissipantur, humectantia & mediocriter calefaciendi simul vim habentia, haud mediocri erunt præsidio.

Cùm autem non solæ ac nudæ qualitates offensioni erunt, sed adfuerit simul humorum copia, ab euacuatione incipiemus præmittendo concoctionem conuenientem, si opus erit. Sanguinis copia venæ postulat sectionem, quæ cum medici docti consilio fiat: incidatur autem humeraria, quam cephalicam vocant, si caput solum degrauatur: si corpus totum, aut interna, aut media. Si bilis flaua abundauerit, cõsulto medico, cum educentibus bilem purgetur, vt cum rhabarbaro, manna, casia, succo rosarum, electario rosato, syrupo rosato solutiuo, tamarindis, vel aureis vocatis pilulis & similibus. Si atra bilis, præsidiis itidem cõueniẽtibus à peritis medicis traditis educatur, vt senæ diluto epithimi, veratri in fortioribus: dyasene, pilulis indis, & cætera.

Quòd si fuerit causa quę penè semper

cōtingit, frigida & humida, hi modi in curando seruentur: Et primo quoad victum, moram trahat quãtum poterit, in aere luminoso non ventoso: nam venti plurimum obsunt. Euitēt quę phlegma multiplicant, omniaq; frigida, similiter & vaporosa, vt cępe, & super omnia repletio & satietas aut cruditas, multus potus, multa fructuũ comestio vitetur, cibi grauis concoctionis, ablutio cum nimis calida vel frigida aqua, potatio eius nimia vel vini. Cõferent igitur cibi bene nutrientes, calidũ & spirituosum sanguinẽ gignẽtes: veruecina, hędina capi, phasiani, perdices, quorũ oua singulari potestate in hoc pollẽt, pipiones, turtures, passerculi, galeritæ, turdi, merulæ: parẽtur cum hyssopo, satureia, thymo, sampsuco, rore marino, gariophyllis, macere, zinzibere, pipere, cinnamomo, granis iuniperi, præsertim hyeme. Animalia fugiant nuper edita, quòd mucosam ac viscidã habeãt carnem: animantis cerebrũ vt pituitosum incõmodat, nisi sit galineæ, quod peculiariter & summè laudatur. Similiter fugiant medullas, gruinas carnes, pisces præsertim viscidos & lacunales, olera frigida, lac, caseum, præcipue multum, aut prauum:

fru

fructus homidos & horarios: acriora interdum, hyeme præsertim, exhibeantur, vt allium, pulegium, capparis remota salsedine, sinapi à Pythagora laudatum: parcè epulentur præsertim cœnantes: vinum bibant album, aut vermiculum subrubrúmve: aquam nisi sit cũ melle vel cinnamomo aut alio cũ aromate decocta, non gustent. Prolixum somnum diurnúmque auersentur, nec super nucham, vel super nimia repletione fiat à superflua quoque vigilia caueant: debilitat enim spiritum, ipsúmque resoluit ac caput replet. Exercitium fiat deambulando, & cibos præcedat, cum fricatione etiam partium capitis (facta tamen prius conueniẽti purgatione) cum pannis asperis, & pedum & manuum, sed moderatum, ac totum corpus fricandum primo, deinde caput, incipiátque à tibiis frictio, paulatim superiora fricando, vt deorsum trahatur materia. circa lacus, flumina & vliginosa loca non versentur, austrinos flatus & pluuiosas constitutiones declinent, lucidam & altam domum inhabitent, caput oleis conuenientibus (vt etiam infra dicetur) vngatur. à multo vel freqũeti coitu omnibúsque cerebrum debili-

bilitantibus caueant nam principali debilitato, nocentur & orta ab eo. corpus seruetur mundum à superfluitatibus. Si igitur pituita lenta ac crasa fuerit, fiet illius attenuatio, concoctio, & præparatio ad eductionem, cum oximelite composito vel scyllitico vel de quinque radicibus, de stichade, de raphani radicibus facto, melle rosato, prout opus fuerit, & aquis seu decoctis conuenientibus. Ad educendam verò præparatam materiam exhibeantur pilulæ vel cochię, vel ex hiera Galeni addito modico castorei & nucis myristice, addatur etiam præparata colocynthis secundum medici præsentis prudentiam: vel detur hiera magna cum nuce moschata: vel hiera Rufii, de qua Aetius libro tertio: conueniet etiam yeralogadij, & alia quæ conueniunt dolori capitis ex phlegmate: deinde fiant etiam gargarismata, fomentationes, vnctiones, sacculi, & huiuscemodi, gargarismus potest esse talis, Rec. calami aromatici, pulegij, hyssopi, thimi ana pug. I. decoquantur in aqua iustæ quantitatis ad dimidium, & vnc. 5. colo transmissis adiice oxymelitis scyllitici vnciam & semis, mellis rosacei vnc. semis misce, & tepidum mane ieiuno gargarizetur. clystere

etiam si opus fuerit fiat ex respicientibus caput: sternutationes fiant, vt cum pipere, struthio, seu condisi, elleboro albo, iride, & similibus: aut ex his cum Terebinthina & ladano fiant errhina seu nasalia. Conferunt prętereà si pituita vlterius exũdat, quæ saliuam mouent seu apophlegmatismi, odoramenta: cubebe masticatæ seu commansæ, modis omnibus auxiliantur: auribus indatur oleum castorei, lauãdulæ, spicæ: Quod si vel minor in corpore humorum talium copia, aut patiens non adeò validarum virium fuerit leuiori purgatorio pituitã primo ex toto corpore vacuabimus, & quod robur potius in membris relinquat quàm aufferat, quod tale sit, Rec. aloës lotæ cum succo Thimi aut sampsuci vel corũ aquis drach. 1. agarici trochiscati drach. 2. mastiches cubebarũ nucis moschatæ ana gra. 6. cũ vino odo rato fiãt pilulæ. 12. quarũ 7. sumat in aurora cum syrupo de stichade: reliquas post tres dies horis 2. post cænam: postea cum Electuariis confortantibus sequentibus aut similibus roboretur, pręmissis tamen etiã localibus purgantibus vt supra, si opus sit. rursus pro purgatione conferẽt hæ pilulæ etiam à proprietate:

tate: Recipe thuris masculi, mirrhæ electæ, zinziberis ana drach. 1. S. pulueris capitis vpupę drac. duas, acori scrupulos duos, hieræ maioris drach 1. S. castorei, colocynthidis ana scrupu. med. confice cum bona terebintina vel cum serapio de stichade, & fiat pasta, dentúrq; pilulę numero paucæ, sed crassæ, supra leuem cœnam in lectum descendenti: possunt etiam auferri ea quæ soluunt, vt tantum confortent: hæ ferunt principatum hac in causa, & præ cæteris conferunt memoriæ. Item ad corroborandum, fiat eclicma vel linctuarium tale, vel similem in modum: Rec. conseruæ anthos, melissophylli, ana vnctiam vnam, inulæ conditæ, zinziberis viridis vel conditi, ana vnc. med. corticis citrei conditæ drach. 6. diatrionpipereon, diambaris, ana vnc. med. cum modico aquæ vitæ in vasis vitreis semel distillatæ ex vino bono, vel cum aqua mellissæ, aut florum lilij cōuallij: cōmisce: sumat horis duab. ante cibum in mane drachmā vnā aut alteram, & semi drachmam hora somni.

Notandum autem quòd nucha est cerebro frigidior, ideóque calida magis patitur & tolerat, frigida deterius: meminisse igitur oportet, ne frigefatien-

tia quę forinſecus inducũtur, in occiput cadant. Calefactoria itaq; medicamenta tam extra quàm intra corpus adhibẽda. Thymum & pulegium & origanum vel huius generis alia incoquantur aceto, & ægrotantis naribus admoue: palatum acribus validis medicamentis inunge. Extrinſecus autem iunctiones capiti ex oleo calido, idq; æſtate adhibendæ, vt rutaceo, anetino, &c. hyeme verò irinum in quo incoctũ ſit ſerpilũ vel calamentũ, piper, baccæ lauri, addẽdo aceti modicum ad penetrationẽ. Vtile erit & caſtoreũ cum oleo illitum occipiti: vel tale vnguentũ: Rec. olei de lateribus, de caſtoreo ana vnc. med. radicis acori, phuſeu Valerianæ, ana ſcrup. I. pyretri, rutæ ana ſcru. med. cum cera quantum ſufficiat. fiat vnguentum, quo raſum occipitium inungatur: & ſubinde ſacculus imponatur, qui recipit florum roſmarini, meliſſophylli, lauandulæ, ſingulorum manipulum med. florum ſambuci manip. vnum, ſtichadis drach. 3. nucis moſchatæ, ligni aloes, maceris ana ſcrup. I. contuſa in ſericum demittantur formetúrque ſacculus.

Linimẽtum aliud conferens diminutioni memoriæ & obliuiõi: Recipe olei

ſam.

ſambucinī vnc. vnam olei de been vnc. duas, olei euforbij, caſtorei ana vn. med. aceti drach. 3. miſce, inungaturq́; locus. Item oleum philoſophorum vocatum à Meſue, occipitio inuncto, memoriā mirabiliter reparat.

Alia inunctio. Recipe radicis rutæ, bugloſsi, phu cum radicibus ana vnc. 4. caſtorei duorum vel trium annorum, linguæ auis quam ſemen fraxini vocant, ana drac. duas: redigantur in puluerem & miſceātur: pòſt Rec. ſucci eufragię, ormini quam ſclaream vocant, verbenæ ana vnc. 4. medullæ anacardi vnciā vnam, axungiæ vrſi, quantum ſatis ſit, fiat vnguentum liquidum, & ponatur in vaſe cupri vel ſtāni, vt ſtet liquidum, nam aliter haud valeret, vngaturq́; occiput. Quòd ſi citius iuuare velis, aut frigidioris capitis ſit homo, & in tempore frigido, nares hoc odorato vnguento intus illinantur: Recipe olei de ſpica odorati vnciam 1. garyophillorū ſcrup. 1. ambari ſeu ambræ ſcrup. ſemis, muſci gra. 5. ceræ albiſſ. quod ſatis eſt, cuius etiā gutta, ante cerę impoſitionē, auribus tepida inſtillata conducet.

Emplaſtrum quoque de ſinapi Meſue ſecūda deſcriptione Antidotarij valebit

in af

in affectu frigidiori occipiti adpositum vel oleum de sinapi. Superiora conferũt etiam absq; prçuia purgatione, vt & sequẽtia, his qui frigiditate sola absq; notabili humiditate laborant. Intrinsecus quoque præter suprà narrata cõferunt, verus acorus conditus (quem calamum aromaticum credo, vel galangam) saccharum, florum betonicæ, roris marini, lauãdulæ, spicæ nardi, melisso phylli, adiectis lõgo pipere, garyophyllis cinnamomo, nuce moschata, & id genus aliis odoratis. Valde etiam iuuat zinziber conditum ad auellanæ quãtitatem, prçsertim in vẽtriculo frigido & humido, vti ferè est in omnibus vel pluribus tali causa & affectu laborantibus: nam reparat memoriam sumptum mane in tẽporibus non calidis, horis quatuor ante cibum.

Confert non parum & hoc: Rec. thuris cyperi, piperis longi, croci, mirrhę ana, confice cum melle, & ex eo omni die sumatur drachma vna horis supradictis præsertim mane.

Aliud ad idem præcipue senibus valens. Rec. mellis anacardini, thuris albi, cyperi, acori veri ana partes duas, rotũdi piperis & longi ana partem vnã, myroba

robalanorum cepulorum, cęruleorũ ana partes duas, cymini partẽ vnam, mellis quãtum sufficit, datio sit drach. 2. singulo mane, diambar etiam conuenit.

Prodest & cõfectio anacardina si probe conficiatur, ac post sex mẽses ea vtaris. hæc enim acuit ingenium & sensum, & intellectũ clarificat, mentem reuocat sopitã letargiã curat & arthriticos, confertq; dolori ventriculi & alui à frigiditate, sed stupidis danda est, & capiti maxime frigido & pituitoso. sic verò fit: Recipe myrobalanorum empelicorum, belezicorũ, piperis albi & longi ana drach. duodecim, gingiberis, mellis ana cardici ana vnc. vnã, castorei, styracis, caryophyllorũ ana drach. quinque, florũ camæmeli, baccarum lauri, cyperi ana drach. tres, mellis quantũ sufficit, misce in modũ electarij. Datur in sero scrupulus, vel ad modũ paruæ nucis siue auellanæ, id est drach. cum vino calido decoctionis seminũ anisi & feniculi: potest & mane sumi. Caueat verò sumens à frigiditate, à cibis phlegmaticis, ab ira, coitu & ebrietate. Anacardi autẽ antequam in aliquibus medicinis ponantur compositis, debent in hunc qui sequitur modum præparari.

Rec. anacardos ac eos tere optime in mortario, atq; in aceto fortiſsimo ponantur per dies ſeptem, poſt lento igne in eodem aceto coquantur, quoad aceti pars tertia remaneat: tum percola fæcem illam quæ in fundo vaſis remanſerit, prius aceto leuiter extra colato, eamq; colo tranſmiſſam fæcem, in medicinis pone: neque enim anacardorum fructus medicinis per os aſſumẽdis immiſcentur, niſi prius hoc modo vel ſimili præparentur.

Quod ſi mel anacardinum facere volueris, pone cum ipſis anacardis eo modo in aceto coctis, tantundem mellis deſpumati, ac ſimul ambo bulliant ad ſpiſsitudinem, & mel habebis anacardinum, quod in prænarratis affectibus operatur mirabiliter, ſi ex eo des drachmas duas vel vnam in aurora.

In Sicilia dum recentes ſunt anacardi ponuntur in melle prius liquefacto, & diu morantur in eo, taleq; vocatur mel anacardinum, & habetur vſui abſq; anacardis, & inditur linctuariis. Si eo ex melle dentur drachmæ duæ, recuperat momoriam ex proprietate ſua.

Expertus eſt & acorus (id eſt galãga) nutritus ac coctus in melle & reſeruatus,

tus, vt condiuntur nuces ac radices: similiter piper longum nutritum coctúmque in melle & asseruatum, nam seruant & augent memoriam: dosis communis drach.I.

Aliud expertum in forma pulueris. Recipe thuris drach. vnam, cyperi, piperis, croci, myrrhæ ana drach. duas: terantur subtiliter, & per cribrum ducito, & fiat puluis, de quo omni mane dum surgit detur drach.I. vel serò in ingressu lecti.

Aliud expertum. Recipe cumini, piperis ana drac. duas, sacchari arbi drach. tres: terantur & fiat puluis, cape drach. vnam omni die in mane. Aliud itidem expertum. Recipe thuris albi drac. vnā, piperis longi vel albi scrup. vnum, fiat puluis, qui mane totus pro vna datione bibitur per plures auroras cum vnciis tribus aquæ mellis, vel decocti cinamomi modici & garyophyllorum.

Aliud æquè bonum ac certum, Recipe cumini drach. quinque, piperis noui drac. vnā, acori veri vel galāgæ, cyperi, mirobalanorū nigrorū ana drach. duas, mellis anacardi (de quo supra) drac. vnā, mellis communis vnc.3.S. terenda terantur, & cum melle prius despumato

incor

incorporentur, & fiat conditum in pixide. datio in omni mane drach. 2.

Caput tertium, quomodocunq; nocentia memoriæ præcipua ostendit.

CAuere oportet in vniuersum cruditates, tanquam rationi infestissimas, & toti corpori.

Plurima vini præsertim potentis potio pessima est: vehemẽter enim humectat caput, ac ferè nihil æquè obliuionem inducit, quam superflua humiditas.

Exterior excedens frigiditas lædit memoriam, præcipue nocturna propter malam capitis coopertura m. Ire per lutum temporibus frigidis, ac nudis pedibus prę cæteris cerebrum lædit & infrigidat, oculósq; debilitat.

Caliditas intensa valde quãdoq; perturbat rationem & memoriam lædit.

Ciborum fumosorum comestio & potus, vt alliorum, porrorum, ceparum, item casei & leguminum vitetur: Brodialia, iuscula, omníaq; nimis humida effugienda, præsertim vesperi: omnis etiã mala masticatio praua est.

Potus post comestionem dum cibi fit concoctio eam interrumpens præsertim à cœna, memoriæ cerebróque

valde nocet.

Quies superflua calorem debilitat: superfluitates retinet & aggrauat, ideóque lædit memoriam.

Somnus cibo propinquus, antequã scilicet descẽderit cibus ad ventriculi fundum, infestissimus: sit igitur post duas horas: ac capite bene eleuato ac cooperto fiat, non tamen superfluè, quia nimia coopertura vel caput debilitat resoluendo: vel replet attrahendo.

Nocet coitus frequẽs vel stomaco repleto aut famelico, vel quem nullus somnus aut quies sequitur, aut propè lunæ coniunctionem, vel cum alia quàm cum propria vxore.

Dormire calceatis pedibus, præcipue cum sotularibus, memoriam impedit, ob vaporum reflexum: visum debilitat, & corpus æstuare facit.

Crudæ herbæ comestæ, multum nocent memoriæ, vt plurimum: similiter nuces, auellanæ, castaneæ.

Videre vel audire nõ placẽtia animo: & huiuscemodi animi symptomata.

Metus perimit memoriam, vel tristitia perseuerans: nocet & cura rei familiaris sollicita.

Somnus immoderatus, & vomitus

labo

laboriosus.

Acetum & acetosa omnia: sed si vtēdum aceto erit in pinguibus & pituitosis, sit ex potēti vino factum, calidúmq; sit, & in exiguo aut raro vsu & cum cinamomo: ponatúrq; in vasculo aceti calamus aromaticus seu galanga, & pulegiū: Sunt qui dicant gallorum ossa exucta, veternum adducere.

Caput quartum, iuuantia particularia præcipua enumerat.

FRuctuum stipticorum ex natura vel arte post comestionem moderata sumptio, prohibendo fumos eleuari, memoriam iuuat valde.

Temperatorum ciborum & potus, sicut gallinarū & perdicū præcipue cerebellorū earū tēperata refectio, non tantū memoriā, sed & totū corpus cōfortat: vtq; animæ actibus nocet cacochimia, ita innocuos custodit euchimia, prę sertim in teneris annis. ob id ex plebeia fęce rarò sublime ingenium surgit, nisi liberalis accedat educatio.

Ante cibum moderatè & cōueniēter exerceri, nō tātū memoriæ, sed & cæteris functionibus prodest: sit autē motus lōgus, seu exercitiū pro corporis robore laboriosum, vt superfluitates resol-

uat. sitq; p loca amena & sicca: ac, si fieri potest, oẽs corporis partes exerceantur.

Superfluitatum per intestina, per nares, per palatum, per os, aures, per vrinã, per capitis frictionem cum pectine conueniens & debita expulsio, confert plurimũ virtuti memoratiuæ, si post somnum & ante exercitium fiat.

Visorum auditorúmue frequens recordatio, memoriam corroborat & confirmat: nam nihil æquè aut cura augetur, aut negligentia intercidit, ac ipsa memoria: quia nisi excolas & iugi meditatione exerceas, inertia situq; corrumpitur.

Gaudium temperatum & honesta delectatio præsertim meditatione scientiarum, non solum memoriam, sed virtutem intellectiuam cæterasq; virtutes corporis etiam augmentat.

Sæpe lauare pedes in aqua calida in qua bullierint melissophyllon, folia lauri, chamæmelon, & similia, memoriæ, capiti, oculisq; valde confert.

Abluere caput decimo quoq; die cũ lixiuio in quo parũ bullierint chamæmelon vel asarum, melissophyllon, saluia, amaracus, siue sampsucus, lauri folia, vel similia, additis in æstate rosis, memor

moriam corroborat & confirmat, vt in capite etiam ſequenti latius dicetur.

Stare pedes poſt comeſtionem, vel ſuauiter deambulare, quo cibus ad fundum deſcendat ventriculi, multum expedit & confert, ob bonam ciborum cõcoctionem.

Coriandri bene præparati & ſaccharo inducti poſt cibum aſſumptio, prohibẽdo fumos ad caput aſcendere, memoriã iuuat: id præſtat & Diacotoneon.

Maſticatio maſticis cum modico zingibere facta ieiunio ſtomacho, ab humiditate phlegmatica ſine moleſtia caput purgat, indeq; præpedita confortatur memoria. Galanga naribus indita cerebrum roborat frigidum.

Recipe thus albiſsimum, tere in puluerem, pone in pura & ſimplici frigida aqua, bibe in augmento lunæ in ortu diei, in meridie, & ſolis occaſu, facit bonam memoriam, acutum ſenſum, exſiccans cerebrum & ventriculum.

Tradit Symeon Sethi, fel perdicis arteriis temporum illitum, vt penetret, ſemel in menſe, ad memoriam confirmandam prodeſſe plurimum.

Meliſſophyllon confirmat eam, & ingenium acuit, hominémque quo-

cunq; modo comedatur herba facit industrium: quod etiam nasturtium in frigidioribus & segnioribus efficere potest, vnde natum est in segnem adagiũ, Ede nasturtium. Melissa præter hæc, animi tranquillitatem præstat soporem capiti iucundum inducendo: Turturis caro ingenium auget, vt aiunt.

Gallinæ cerebrum ingenium & memoriam iuuat, adeò vt aliquos qui delirare cœperant, resipiscere fecerit.

Semen ormini seu schlareæ domesticæ fertur ad recuperandam memoriam mirabile, si in puluere sumatur cum aliquo potu, aut cibo. Item eboris limatura conducit obliuioni, si parum de ea in vino modico sumitur mane.

Item granum vnum thuris albi cum lectum petis, maxime conducit solum transglutitum: nam capitis humiditatem exsiccat & ventriculi, ac ita memoriæ confert. facito hoc post purgationem bis terue in hebdomada, si multa adsit humiditas.

Pleresarchoticum confectio, duarum drachmarũ pondere hora somni assumpta, vel myrobalanus cepulus conditus sumptus in aurora horis quatuor ante cibum beneq; mãsus semel in hebdomada,

da, memoriam restaurant ab humido læsam præsertim. nam roborant intellectum, & iuuentutē ferè conseruant myrobalani cepuli conditi.

Memineris in materia humida prius fieri euacuationes. nam materia humida plerunq; est debilitatis memoriæ caussa, vt superius dictum est.

Caput quintum, nōnulla probatiora selectaq; medica remedia composita seruantia continet, multumq; augentia memoriam.

Antidotum mirabiliter conferens memoriæ, lethargiæq; vel obliuioni: ventriculum confortat, & omnia debilitata membra ex phlegmate & frigore.

Recipe gingiberis, galangæ, mastiches cumini, origani ana drach. sex, nucis moschatæ, calami aromatici, asari, carpesiorum, id est, cubebarum, ligni aloës, maceris, seminis apij, ammios ana drac. 2. thuris albi, garyophyllorum, cardamomi, zedoariæ, piretri, castorei, piperis longi & nigri, costi, cyperi, ana drach. tres: mentæ siccæ vnc. med. terātur & puluerizentur omnia, ac cum penidiarū & mellis despumati quantitate sufficienti fiat eclicma. Cuius modus

vsus, vt reliquorum sit, præsertim tempore frigido vel non calido multum, & per interualla.

Pilulæ quæ languenti cerebro conueniunt, præsertim senioribus ac frigidis. Rec. succini odorati seu ambræ delectæ drach. vnam, ligni aloës scrup. S. cubebarum scrup. duos: cum vino meracissimo pilulas confice quindecim, da binas ante cœnam. catapotia ad memoriam efficacia. Recip. cubebarum, calaminthæ, nucis moschatæ, caryophyllorum singu. drach. 1. S. thuris optimi, myrrhę electę, ambari orientalis sing. drach. 1. S. moschi gran. 5. cum aqua maioranæ pilulas confice; præbe vnam hora decubitus, duas verò in solis ortu & horis 5. ante cibum, hyeme per mensam, vere & autunno rarius.

Pomum odorandum pro memoria: Rec. radicum iridis drah. 1. S. seminis seselis, id est, sileris montani, stichadis ana drach. duas, nucis moschatæ drach. med. mentæ drach. vnam, ambari (vulgo ambræ) thuris, calamenti, styracis, ligni aloës ana drach. med. ladani quãtum sufficit, fiat pomum secundum artem: quod tamen ex calidioribus fiet hyeme & minus calidis in æstate.

Proba

Probatiſsimum experimẽtum ad ingenium & memoriam, quod ferunt eſſe Ariſtotelis. Re. vrſi pinguedinem quam habet in humero ſeu ſpatula dextra, eãque repone in veſica ipſius vrſi ſimul cũ eius vrina, & ſimul ſtent octo diebus: tũ extrahe, & accipe ſuccum ormini ſiue ſchlareæ domeſticæ, eufragiæ, berbenæ, bugloſsi, phu ſeu Valerianæ, aloës, omnium æqualiter, & ſimul miſce cum prædicta pinguedine ſuper ignem cum lignea ſpatula agitando, quoad fiat vnguentum ſpiſſum. ex quo cum volueris accipe quantitatem paruæ fabæ, & vnge frontem & tempora fricando aliquantiſper, & audita recordaberis.

Lixiuium pro ablutiõe capitis humidi frigidiq; cõfortatiuum, & memoriæ conferens, debet autẽ eſſe ex cinere ſarmentorum vel quercus, poſtea intus hęc bulliant. Reci. acori veri, ſtichadis, foliorũ lauri, roris marini, iuæ, ſaluiæ, ana manip. vnum. ex iſto lauato caput: poſt verò ablutionem aquæ vitæ modico ſinciput madefacito, & ſequenti puluere aſpergito. Rec. pulegij, calamẽti, garyophyllorum, ſandaracæ, macis, ſtichados, mentæ ſiccæ, maioranæ, ana drach. quinque: miſce & fiat puluis ſubtilis,

&c

& post inspersionem superpone stupam canabis.aliis quoque diebus ingrediens lectum pone super capitis bregmate ex puluere illo etiā illoto capite,nam siccat,&c.

Aliud lixiuium ad confortandum caput & memoriam.Reci.hederam muralem,rosinarinum , laurum , stichadem, marubium aut betonicam,& bulliant in lixiuio,quo caput laua. Idem ferè operantur cupressi nuces,frequēti vsu. Sed vt cum lixiuio saponem quoq; habeas. Reci.saponis veneti seu gallici lib.2.calami aromatici drach. 3.maioranæ,thimi,stichadis arabici,nigellæ,gariophillorum cardamomi sing.drach.2.radicis iridis siccæ & odoratæ vnc.1.misce ac cum sapone subtiliter inciso aut deraso excalfacto misce ac fac massas seu pilas in modum nucis iuglandis,si simul ob siccitatem rerum commiscere non valeas,adde parum aquæ maioranæ vel alterius conuenientis.Postea bene exsiccetur caput linteis calidis confricando: nec caput prope ignem teneas,ne vapores trahātur ac repleatur caput.

Aliud in humido capite,quo bis vel semel in hebdomade vtendum. Recip. senæ,rosarum,florum chamæmeli,acori,sti

ri, ſtichadis, foliorum lauri, nucum cipreſsi, ſaluiæ, iuæ, baccarum hederæ partes æquales, hæc in hyeme bulliant in lixiuio pro lotione capitis. at in æſtate remoue ſtichadem, & roſas adde, ac aliqua myrti grana, & minus calido vtere.

Optimum remedium aliud, ſed longe difficilius paratu. Recip. florum citrullorum ſiccorum, bugloſsi, roriſmarini ana drach. duas, chamæmeli, violarum, roſarum ana drach. 1. med. ſeſelis drach. duas, ſeminis viticis, rutæ campeſtris ana ſcrup. 4. foliorum lauri viridium, maioranæ, ſtichadis, ſaluiæ, florum ſambuci, artimiſiæ ana drach. tres: contundantur optime & infundantur in lib. 3. aquæ vitæ optimæ, & vnc. 6. aceti albi ſcyllitici fortiſsimi, ac ſimul quieſcant duobus diebus in vaſe vitreo bene cooperto, & poſtea deſtilla ad cineres cum ſuaui igne: deinde Recip. olei de terebintina deſtillati optimi vnc. octodecim, olei de been deſtillati vnc. octo, prædictæ aquæ deſtillatæ vnc. vigintiquatuor. loco olei de been potes accipere olei deſtillati de adipe vrſino, ſed melius ſi de vtroque acceperis partem mediam: ſi verò neutrum repereris, re-

cipe

cipe oleum ſambucinum: adde prædictis rebus capillos hominis bene aduſtos, nam à proprietate euigilare faciunt, & excitant lethargicos: miſceantur & deſtillentur in vaſe vitreo vſque ad extractionem totius aquæ, & aquam ipſam ſeorſum ſerua: deinde recipe euforbij drach. quatuor, piperis longi drach. 3. S. cumini drach. tres, thuris maſculi clari vnc. duas, & drach. duas, maſticis, myrrhę electę ana vnc. vnam, anacardorum bene contuſorum vnc. 1. drach. 2. carpobalſami drach. quatuor, pulpæ caſtorei drach. med. myrobalanorum empeliticorum drach. 4. S. opopanacis vnc. tres, ſerici crudi minutímque inciſi drach. 1. S. coſti, radicum pæoniæ fœminæ, cyperi electi ana ſcrup. quatuor, ladani drachmas tres, ſanguinis draconis, id eſt, gummi ita ob ſimilitudinem dicti drach. 2. S. bdellij clari drach. 6. pulueriżanda puluerizentur optime, & omnia infundantur in prædicto oleo toto, & ſic quieſcant in balneo temperato, ſimul in vaſe vitreo bene obturato dieb. quinque, ſed ſingulo die arundine ſicca commoueantur miſcendo, poſtea colentur, & optime exprimantur cum panno rudi prius infuſo
in

in aqua & bene expresso: Et oleũ postea taliter expressum destilletur, vel fiat sicut in destillatione olei de ladano fit. videlicet, primò incipe cum igne carbonum leui ad fornacem, donec leuiter ebulliendo incipiat communiter destillare, dehinc procede cum leui & pauca flamma, & quandoque interpolata, donec liquidum & subtile destilletur quasi totum ex appositis oleis, id quod scire poteris ex visu, sed melius ex pondere olei destillati: postea procedere cum igne carbonũ mediocri, omittendo omnino flammam: & destillatum seruetur in vase vitreo bene clauso. Demum recipe galliæ moschatæ garyophyllorum, macis, cubebarum, nucum moschatarum, cardamomi, ana scrup. quatuor, spicæ calami aromatici, corticum citrei exteriorum ana scrup. duos, ligni aloës boni drach. 2. S. ambari electi drach. 3. S. moschi optimi drach. 1. S. pulucrizentur omnia subtiliter, & misceantur cum toto prædicto oleo destillato, sicq; simul quiescãt duobus vel tribus diebus in calore temperato, & postea iterum destillentur arte sua, & ad subtilem substantiã reducantur, seruenturq; in vase vitreo forti bene clau-
so

ſo cum cera, & eſt optimum. Vtendi modus talis eſt, vt prius ſi oportet facta purgatione totius vel capitis, eo vtaris incipiendo menſe Nouembri per dies quinquaginta continuos, poſtea ſemel omnibus octo diebus, poſtea ſolum quando vis memorari, capiendo illum in ſero præcedenti ante mane quo vis recitare vel concionari. Optimum itidem in frigido affectu erit oleum ſequens. Recip. terebintinæ reſinæ ſi haberi poteſt, (nam ex Cypro vt plurimũ Venetias adfertur) vel eius loco laricinam ſume libræ vnius pondere, laterum antiquorum poſt coctionem haud madefactorum, qui in fruſta redacti ac igniti extinctiq; in oleo veteri oliuarum fuerint, lib. S. maſtiches vnc. 1. terantur lateres, & cum reſina benè commixti modo chyrnico in vaſe vitreo bene incruſtato igni clibani aut fornaculæ adpanantur, liquoréſq; manantes ſeorſim colligantur, nam tres varij coloris defluent, bonus, melior, optimus.

Vnguentum ad idem. Recipe adipis vrſi, capi, gallinæ, vaccæ, & gummi hederæ, ana pondus æquale, omniáque alembico vitreo deſtilla ſuaui igne, quo oleo vnge tempora & pulſus manuum

nuum ter in hebdomada, & rem optimam senties.

Vnguentum quo tempora vnges mediocriter in tempore frigido tantummodo. Recipe talpæ pinguedinem, vrsi, mustelæ castoreísque ana, succi betonicæ & roris marini ana: ex omnibus confice vnguẽtum, quo vtebatur, vt fertur, Aristoteles.

Vt profundè memoria teneas & perpetuò, vtq; velociter apprehendas: hoc vsi sunt multi magni viri. Recip. radicum linguę bouinę, radicum valerianę, ana vncias quatuor, radicum rutę vncias duas: fac inde pulueres subtilissimos, postea recipe succum eufragiæ, schlareę siue ormini, berbenę'que ana vncias quatuor: coletur bene succus per pannũ, postea misce succos simul, & pulueres separatim, postea recipe medullam anacardorum vnc. vnius pondere, & fac pulluerem vt suprà. Item recipe linguæ auis, id est, semen franxini, & fac puluerem subtilissimum, postea misce omnia prædicta simul scilicet succos & pulueres, & accipe sartaginem terream vitreatam, & pone ad ignem, intúsque pone ex vrsi pinguedine, & funde seu liquefac paulatim, & intus proiice dictos

pulueres cum ſuccis miſcendo ſemper, apponẽdo de dicta pinguedine quouſq; fiat vnguentum ſubtiliſsimum, quo vnge tempora & partẽ memoriæ & frontem & verticis partem verſus nucham: hócque ter vel quater in anno facies, & continuabis ſic vngendo, etiam prout magis aut minus oportebit. hoc enim in virtute excedit ſuperſtitioſam artem notoriam.

Ad idem Rec. octo calices aquæ communis, foliorum hederæ, ſtichadis ana lib. 1. S. ponantur ſimul in aqua ad bulliendum ferè ad conſumptionem aquæ, poſtea coletur benéque exprimatur, & intus pone modicum terebintinæ lotæ cum roſacea, poſtea caput laua cum bono lixiuio, & poſt exſiccationem vnge cum prædicto liquore tempora & occiput.

Pomum odoriferum ad confortationem cerebri frigidi. Recipe ladani, ligni aloës, ſtyracis, ana drach. vnam, garyophyllorum, nucis moſchatæ, ſeminis ozimi ana drach. med. cum aqua roſacea, in qua nonnihil moſchi & ambari diſſolutum ſit, fiat pomum.

Ad habendã profundam memoriam, vel ſi quis eam ex debilitate vel infirmitate

mitatẽ amisisset: valet etiam vertigini. Rec. roris marini, id est, libanotidis, boraginis, chamæmeli, violarum, rosarum ana vnc. vnam, stichadis, foliorum lauri, maioranæ, saluiæ ana vnc. duas: omnia incide & pone in optimo vino, & post diem destilla per alembicum vitreum aut vitreatum, & destillatũ serua, in quo pene terebintinæ odoratæ lib. vnã, thuris albi vncias octo, mastiches, myrrhę, bdellij, anacardorum ana vnc. quatuor: omnia tere, & dimitte sic stare per dies quinque cũ destillatiõe cooperta, postea destilla in tantum cum igne fortiori donec ex eis oleum habeas, quod serua bene clausum in ampulla vitrea bene cũ cera & pergameno obturata. modus vsus talis est, Recipe ex eo quantum caperet cortex auellanæ per os, & vnge etiã partes, memoriæ, scilicet occiput & quasuis partes iam dictas: optimum experieris.

Possem hic plura etiam vtilia remedia aggregare, sed hæc sufficient, & viam struent aliis pro occasione parandis: nam breuitati studui, & meliora ex bonis selegi, nec penes me, vt nec Christianum decet, latere volui. plura & non spernenda composita reperiet

quicunque apud Antonium Fumanellum medicum Veronensem, in opere suo De compositione medicamentorum. cap. 16. Hic ea non transcripsi, ne actum agerem, quamuis meis aliqua ex parte consonent illius nonnulla. eligat quisque quod sibi conueniens sit: & qui nescit, medicum consulat doctum, memineritque nihil sine labore fieri aut parari dignum laude. nam omnia proposuit labori Deus: nec sunt spernenda media illi qui finem assequi desiderat: cum nec iuxta physicos, ex extremo ad extremum perueniatur siue medio conuenienti: enimuerò segnium est non optima queque sibi ad imitandum proponere, vt si eò pertingere non valeamus, propius saltem quàm fieri potest accedamus: quãuis non ex omni ligno (vt adagio fertur) Mercurius fit.

Caput sextum, philosophica consilia, canones, & reminiscentiæ præcepta narrabit.

VT Aristoteli placet, duo sunt memorationis actus, memoria scilicet & reminiscentia: quanquam reminiscentia respiciat ea quorum sumus obliti, sitq; extimatiuæ seu cogitatiuæ virtutis officium, non principaliter memoratiuæ, vt Auerrhous & Albertus in suis

tracta

tractatulis voluere: vel dicas facultatem illam reminiscendi esse mentem & intellectum, vt Themistius voluit: quoniam nulla facultas videtur discurrere, nisi intellectus. hæc autem sine obiecti præsentia in homine solo est: nam cum obiecti præsentia etiam in brutis reperitur, vt Aristoteles innuit, & in cane venatico satis patet: diciturq; sensus phantasticus.

Memoria verò est retẽtio imaginum prius ab anima perceptarum, quæ tamẽ neq; vtilis est nisi & omnes retineat, & eo ordine quo eas concepit, reddat. non est autem pręsentium neq; futurorum, sed præteritorum tantum, vt inquit Aristoteles. Memoria rursus & reminiscẽtia, quãuis eidem subiecto generi cõpetant, differũt tamen aptitudine, quoniã bene reminiscentes, communiter male memorari consueuerint. tempore item memoria semper reminiscentiam præcedit non enim quis reminisci potest nisi ex his quorũ habet memoriã. hæc etiam multis aliis animalibus concessa est, illa verò solis hominibus: nam cum reminisci sit velut syllogizare, id est, ex notis ad ignota deuenire, hoc verò propriũ sit hominis, inde fit & reminiscentiam

hominis esse munus, vt superius innui.

Ad memorandũ quatuor motus concurrũt; primus est motus spirituum qui à cogitatiua ad memoratiuã figuras aut species transportant. Secundus est pictura fixioq́; figurarum in ipsa memoria. Tertius est reportatio à spiritib. à memoratiua ad cogitatiuam seu ratiocinatiuam. Quartus est illa actio qua cogitatiua recognoscit, quæ propriè est memorari. Dicimus etiam quòd actus memoriæ vel reminiscentiæ supra tres res quasi tria obiecta per se cadit, videlicet supra rem aliâs apprehensam, supra actum quo illa res aliâs apprehensa fuit, & supra tẽpus determinatum vel indeterminatum in quo apprehẽsio illa fuit.

Ad cuiuslibet harum rerum defectum necesse est deficere etiã memorationẽ. Quapropter etiã bene memoria sic definietur, quòd sit apprehensio in anima existẽtium specierum, cum indagatione & inquisitione: sed de his in primo capite iam dictũ. Nũc de artificiosa memoria dicere instituentes, quę oporteat de se pręstare volentem memorari, pręscribemus. Erunt aũt pro nũc præcepta viginti, sed breuibus verbis complexa.

Primũ iudicato (hoc & similia sint dicta

cta iunioribus studiosis) studia quæ sequeris omnium præstantissima: & te felicem si consequeris sapientiam: & sapientẽ audias præceptorem, quẽ etiam cogaris admirari: plurimum enim memoriæ conducit, si quæ aut legũtur, aut audiũtur, cum admiratione ac voluptate incidant.

2 Eam scientiam iudicato difficilem & perpaucis bene cognitam: quia inde oportet ingenium assurgere: & id vtile est memoriæ.

3 Attentè & accuratè audias preceptores: similiter si legeris facias, ad studium omnes animi vires congregãdo: nec vagetur mẽs tua, sed coge illã ibi esse, aut paruo murmure eam reuoca. ille enim est docilis auditor qui attẽtè paratus est audire: nã ex diligẽti attentione maior fit motus, ac impressio firmior. Vnde Terẽtius: Vbi intẽderis ingeniũ valet.

4 Cum multa sis collecturus, quantum fieri potest ad paucitatem breuitatemq; reduces, aliter enim addiscens, aliter memoraturus pocedit: nam qui addiscit, genus in species secat vsque ad specialissima: qui verò vult memorari, multitudinem in vnum, vel saltẽ in pauca redigit.

Versus quoque ad memoriæ fidelitatem conducunt propter compositionis ordinem, & structuram haud temerè vagantem ac sparsam, sed certis cõclusam limitibus, vt animam non patiantur aberrare.

5 Ordo ante omnia diligatur in diuisione corporis in mẽbra: sic tractatus in capita, & capita in conclusiones secabis.

6 Singula sæpe repetenda, ita vt cum vnum caput & sequẽs pariter didiceris, & primum & secũdum rursus animo repetes: & cum tertiũ didiceris, rursus à primo inchoandũ erit, & sic successiuè.

7 Complexurus multa, mẽbratim secabis: ne diffusa multitudo memoriam confundat. *Vnde poëta ille*. Scire si vis hanc rem, tota sit separata minutim.

8 Sit tibi frequens & diuturna de eadem re cogitatio, vel cum aliis disputatio, vel *alteri* declaratio. ex frequentatis enim actibus generatur habitus, qui est memoria. Nec te à disputatione deterreat erroris timor: nam tenacius retinebis quod didiceris cũ rubore. vnde Seneca: Memoria nihil perdidit, nisi quod sæpe non respicit.

9 Conare vt intelligas quæ volueris memorari: neq; ita curandũ est vt mul-

ta

ta legas, quàm vt multa intelligas: aut pauca multum legas, eorum præsertim qui non nugis chartas implent.

10 Caue ne obsint memoriæ literæ, ne scilicet illa quæ scripseris in memorabilium libello, ea veluti certa & alligata tenens, custodire desinas, & ipsa securitate fidens, è mente dimittas. Clarum est in hoc Antisthenis Atheniensis exemplum, qui amico cuidam deploranti quòd cōmentarios suos perdidisset oportuit, inquit, ista potius animo quàm chartis inscribere: sentiēs librorum fiduciam esse causam, quo minus memoriam exerceamus.

11 Procuranda est cibi concoctio, & quæ obsunt memoriæ fugienda sunt, & sint in vsu que illi conferunt, vt suprà cap. tertio & quarto dictum est.

12 Liberandus est animus ab aliis cogitationibus, ab his scilicet quæ studiū non respiciunt: nam pluribus intentus, &c.

13 Non audienda tantum, sed etiā vidēda sunt quæ volueris memorari: nam semel videntes magis memorātur quā identidem sæpe sæpius audientes.

14 De quibus interrogatus fueris, cō festim ne respondeas, id est, absque, me-

ditatione: nam subita responsio semper inconsulta est.

15 Metiri debes vires ingenij tui tueq; memoriæ, ne ingeras illi plus quàm semel capere posit aut tenere: exemplum à stomacho sumendum, quia si supra vires oneretur, inualidior fit, non enim concoquit: nec impinguatur corpus gulosi: ita quicquid addiscitur, nisi retineatur, parum prodest: ideo si quantum oporteret retinere nō poteris, numerum multiplicabis, & continuā imminues quantitatem.

16 Certas horas studio constitues, illas præsertim quibus à cibo stomachus seu ventriculus erit vacuus: tunc enim ingenium vaporibus nō obtenebratur. horæ conuenientes erunt conticinia & matutini galli cantus: curabisq; ne aliqua ratione fortunæ, deseras tempora studio decreta.

17 Vesperi quotidie quid discendo lucratus fueris repetes, imitatione Catonis, qui quicquid die fecisset, legisset & dixisset, in crepusculo commemorabat.

18 Memoria est à teneris exercēda, vt & in iuuene & viro prōptior sit & paratior: multum autē refert quo quis doctrinæ genere à teneris imbuatur, nam,

Quo

18 Quo fuerit imbuta recés, seruabit odoré Testa diu. Omnia enim pueris noua sunt: noua autem & admirabilia fortem faciunt in memoria impressionem.

19 Ad animi recreationé viriumq; reparationem, non ad obsœna confugies, sed mutato id facies studio: remittere enim animum quàm amittere, melius est. Sed & ludicra Christianorũ debent esse seria. Post studia igitur seria vel grauia, ad leuiora cõfugiendũ, vt ad istoriã vel exercitia musicalia: nam vires reparat alitque tempestiua quies, ac etiã maior est post ocia virtus. Sunt qui ludere malint, quod quidẽ cõceditur, si ludus sit ludus, & nõ res seria: sitq; breuis, honestus, sine dolo vel dãno aut cupiditate. Mouet ingeniũ ludus duodecim scruporũ, quẽ moderni scaccorũ nominant, sed in eo nimis sæpe adhibetur tẽporis & studij, quod præstaret melius collocare. Paruæ pilæ ludus, etiã toti corpori proderit: deambulatio, pręcipuè capiti: vtilius erit simul disputare & inãbulare manúsq; mouere. Hęc animi recreatio nõ sit diuturna neq; frequẽs, & p̃sertim horis studij nõ agať. Reuolãdũ est statim ingenio cõfirmato ad studia literarũ, ne tẽpus depereat, quo nihil carius, agendum

dúmque vt quod deperditum est, auido studio recuperetur. Namque (vt ait Philelphus)

Ludus, crede mihi, nullus tibi pulchrior alter,
Nec melior quisquam, nec quo magis omnis acerba
Cura laborq; vacet, quã si virtutibus almis
Te penitus dedas. virtus leuat aurea curis
Lætitiaq; animum reficit, redditq; beatum.

20 Ne discedas à præceptoribus antequam deceat: plures enim scientia in summos euaderent viros, nisi prius esse discipulos puderet, quàm sapere valeant. Proderit & alios docere, dictare, declarare, interrogare, ac respondere: dubitare de nonnullis bonum est, modo id sine ratione non fiat.

Vltimò, inter infelices dies illum computabis, quo aliquid non profeceris didicerísve quod tuum esse possit: vt nulla dies sit (vt in adagio est) sine linea.

PRAECEPTA REminiscentiæ.

PRimum præceptum est, ex ordine & reminiscibilium consequentia: cùm enim didicerimus ordinatim aliqua, connexione & dependentia quadam ordinata, & de illorum aliquo obliti

obliti fuerimus, id facile reminiſcemur ordine repetito: cognito enim antecedente, facile in conſequens deducemur, & deperditum inueniemus. Recte igitur dicit philoſophus, Quæ bene inuicem ordinata ſunt, bene reminiſcibilia ſunt: quæ verò malè, difficulter in memoriam reuocantur. Facile enim geſta recenſemus, cum eo ordine in oratione collocantur quo facta ſunt: quoniam ſicut ſe habent res geſtæ ad inuicem, ita ſe habent & in mouendo animam.

Secundum, vt vno ſimili in conſimile prouehamur: vt, ſi Homeri non recordamur, Latinorum poëtarũ principem Virgilium memoramur: ex quo facile in Homerum Grꝑcorum vatum primarium deſcendemus.

Tertium eſt vt aliquando contraria recogitemus: qui enim memor erit Hectoris, reminiſcetur & Achillis.

Quartum eſt, loci ac temporis recordatio in quo res tractata eſt: locus enim & tempus facile rem adducit memoriæ. Sunt etiam tres argumentorum ſedes, à ſimilibus, à contrariis, à propinquis.

Quintum eſt, res omnes à proprie-

tate repetere: vt si saginati memoriam habere velimus, Ad Dionisium Syracusanum descendamus vel recogitemus qui vt autor est Iustinus, præ sagina visum perdidit.

Caput septimum de locali vel artificiosa memoria.

ARTIFICIOSA memoria est dispositio imaginaria in mente rerum sensibilium, super quas memoria naturalis reflexa per eas admonetur, vt memoratorũ facilius, distinctiúsque recordari valeat: ac (vt inquit Cicero secũdo ad Herennium) ex locis veluti ex cera aut tabella, & imaginibus veluti figuris literarum constat. Sic enim fieri solet, vt quæ accepimus quasi legentes reddamus: neque multum intersit an à vertice an à calce incipiamus. Locos ipsos ordinatos esse oportet: nam si in eis confusio sit, confundantur omnia necesse est. Multos etiam eos esse decet, vt multa locari eadẽ exercitatione possint, Cicero centum eos esse debere iudicat. Thomas Aquinas plures habẽdos cõsuluit. Hos multi variis artib. quæsiere. Metrodorus in signis duodecim

cim per quæ ſol meat, tercenos & ſexagenos inuenit locos: quòd tot gradibus apud aſtrologos zodiacus ſecari ſoleat, Cicero familiarem domum finxit, locis diſcretam multis, placuitq; illi, vt inter locorum quinaria, vel manum aureã, vel aliud quid diſcrimẽ figuremus, quo alter ab altero ſecernatur: in eiſq; immobilẽ ordinem haberi, vt ſemper dextra ingrediamur & egrediamur. Quidã nõ ignauus autor, ex anima lib. locos fingebat, & eorũ ordinẽ ex alphabeto Latino deduxit, vt à ſingula litera vnius animalis nomẽ inchoaretur: perinde ac ſi nomina hæc eſſẽt: Aſinus, Baſiliſcus, Canis, Draco, Elephas, Faunus, Gryſus, Hircus, Iuuencus, Leo, Mulus, Noctua, Ouis, Pãthera, Qualea, Rhinoceron, Simia, Taurus, Vrſus, Xyſtus philoſophus (qui de his ſcripſit) Hyena, Zachęus. Hæc ſingula in quinque locos diuidebat, in caput, in anteriores pedes, in vẽtrẽ, in poſteriores pedes, & caudam: nam hũc ordinẽ ipſa natura porrexit: neq; cõfundi in eis enumerãdis ingeniũ poteſt. Sic itaq; centũ & quindecim locos nactus, in eis rerũ memorabilium imagines ſculpebat, ac etiã in loquẽtis facie multa ingenio ſcribi pręcipie-

cipiebat, in capillis, in fronte, in oculis, sicq; deorsum ad pedes descendi. Mihi verò facillimum videtur non modò centum, sed propemodum infinitos locos redere & effingere: cùm neminem lateat ciuitatis originalis situs vel in qua diu habitauit. Igitur cùm per portam mens ingreditur, dum secantes se ad diuersas regiones vias considerat, dúmque amicorum domos, ædes publicas, prætoria publica repetit, miram locorum quantitatem assequetur. Accedet ad hoc potestas atria effingendi, in quibus quantum libeat, numerum locorum faciet, vt inscribi quæcunque voluerit possint. Et quia breuis atque efficax est doctrina per exempla, hinc exempla ponam, vt res facilius intelligatur, de decem ponam exemplum, & consequẽter ex proportione habebitur vel de mille. Capio igitur domum magnam & vacuam ad quam non frequenter sed raró ire debes, & statue primum locũ qui est apud ostium distãs ab ostio per tres pedes. Secũdus locus sit ab isto distans per duodecim vel quindecim pedes: vt, verbi gratia, sit angulus vnus. Tertius locus si à secundo distans per totidẽ pedes, vel duodecim: & erit fortè alter

tè alter angulus, vel medium inter angulum primum & secundum. Quartus, erit angulus. Quintus, erit angulus distans per tantundem. Sextus consimiliter; & finita sala, intrabis vnam cameram, atq; intra ostium immediatè signabis septimum, deinde in primo angulo cameræ octauum, & in secundo angulo nouum, & in tertio decimum cum sua distantia. Si vis plura loca, exeas cameram, & signa sic alias cameras proportionabiliter. Nota tamen, quòd distãtia data mediocris est & conueniens, sed si tanta distantia nõ inueniatur, sed minor vsq; ad octo vel ad minus quinque pedes, adhuc tolerabile foret. De templo scito tale esse debere quod non multum sit frequentatum etiam à te, ne multitudine imaginum confundaris. Ista loca debẽt esse signa memorabilia & manuductibilia, loci enim nõ sunt anguli, sed fixæ imagines in angulis situatæ: super quibus sicut super charta aliæ pingũtur imagines delebiles, sicut literæ. Vt, verbi causa, primus locus signatur per vrinale, ponẽdo in eius loco vrinale. Secũdus signabitur per pixidẽ. Tertius per mortariũ. Quartus signabitur per pistillũ ponẽdo illud ibi. Quintus per pugil-

lare. Sextus per pedem leporis. Septimus per cribrum. Octauus per sacculum ponendo similiter sacculū. Nonus per panem cereum. Decimus per cānas cassiæ, &c. Et ista nomina oportet mente semper tenere, & loca de quinto in quintum, vt quinarij loci menti semper habeantur. de distantia satis dictum. Scito tamen, quòd vsq; ad vigintiquinque licet transire, nec vltra: ne fiat negatio in imaginibus. Et consimiliter dicatur de quantitate quantum ad altitudinem, ne sint multæ altitudinis, sed à quinque vsq; ad duodecim pedes. Et notetur quilibet quintus, vt dictū est de ordine. de qualitate autem vt nō nimis lucidæ nec nimis obscuræ, nec nimiū frequentes. Transeamus ad imagines, quæ sunt res collocandæ: debēt ita imagines nobis notæ in istis locis collocati cū motibus talibus, vt per eas valeamus memorari. Verbi gratia, volo memorari de viginti nominibus, sic faciā: in primo loco imaginem Petri mihi notissimi locabo, cū vrinali in manu pleno vrina quā fundet super Iacobum mihi notissimū: & ex isto actu notabili, horum duorum memorabor: & sic duorū nominum memoriā mihi fecero. In secundo loco ponam

nam Martinum mihi notiſsimum (nam oportet imagines iſtas eſſe notiſsimas, vt cito in memoriã recurrãt) qui ponet digitũ ſuum in pyxide & extrahet vnguentum, quo cum digito orificiũ vnget ani Hẽrici mihi notiſsimi. In tertio ponam Andream mihi itidem notũ, qui cum manu ex mortario extrahet emplaſtrum quod ponet ſuper faciem Franciſci, vel alios ridiculos actus fabricando, ex quibus memoria de talibus nominibus cõfirmetur. Et ita pariformiter procedatur in aliis.

Similiter ſi recordari voluero alicuius cum ſuo actu, illum imaginabor cũ re illius actus: vt, ſi recordari velim alicuius comedentis ficus tũc imaginabor quòd cum ficu aliquid feſtiuum faciat vel ſtupendum.

Si argumẽta recordari vis, capias ſubſtantiam argumenti, & ipſam tantum locabis, quia totum argumentum haud poſſet locari, ſicq; de aliis rebus ſuo modo.

Rurſus de figuris etiamnum diſſeramus his quinque præceptis.

Primum eſt, vt aut riſum moueat figura, aut miſericordiam, aut admirationẽ: facile enim inuenitur figura quæ affe-

ctum animæ conuertit. Exemplum huius est, si in ore asini rabidi caput Antonij constituam morsibus ferè confringi, cruorem effluere, auxilia petere, ac passis palmis vociferare: nam fieri non poterit, vt cum voluero, non videam hunc oculis mentis meæ, & reddere Antoniũ nesciam repetenti.

Alterum est, vt aut simile per simile, aut per contrarium figuremus, aut per proprietatem. Primi exemplum est, vt si nomen Galeni sim locaturus, alicuius illustris medici nomen scribã, cuius quoad fieri potest, aut par sit, aut paulo debilior autoritas. Secundi exemplum est, si idem per indocti medici nomen conscripsero: si Thersitem per Achillem, & bonum pro malo: informem per formosum annotauero. Exemplum tertij est, si Ouidium Nasonem, per magnũ nasum: Platonem per humerorum latitudinẽ: Crispum per anulatos capillos: Ciceronem per Gelasinum sculpsero.

Tertium est, vt à tenellis annis assuescamus locare, & cum quotidiana exercitatione crescamus: quanquam etiam adultis prodesse possit ipsa doctrina. Efficacior fit habitus, si quæcunque aut dicturi aut facturi sunt sic locent:

cent: quæcunq; etiam inter fabulandum audiant: Sic pingant mores, gestus, temporáque sculpant: Sic enim breui tempore fiēt exercitatissimi. Ludere etiam prodest alterum cum altero, illum vincere qui plura clarius, ordinatius, velociusq́; retulerit.

Quartum est, vt omni quinario rerũ signandarum repetamus à principio quæcunq; signata: solet enim repetitio valde conferre.

Quintum est, vt quæ non sunt simplicia, ea per componentium similitudines statuamus, verbi causa: qui memorari voluerit huius enunciationis, Cicero cum Hortensio disputat, Cicer legumen in horto finget, qui de horti sterilitate cõqueratur: sic enim & cicer Ciceronem, & hortus Hortensium, & querela disputationem repræsentat. Sic autem seruati solent & legum capita, vt si locanda illa lex sit, Publicati testamenti fides, effingamus dicam testamentalem patentem, cui quispiam cœnum iniecerit: & eius fides aboletur. Ecce publicati semel testamenti fides relegi poterit. Verùm hæc facilius fient, si adsit doctrina & rerum memorãdarum cognitio, neq; desit consummata & inuicta exercitatio,

cùm exercitatio possit omnia: ita & medicus medicinalia, & iure consultus plebiscita facilius recordatur.

Locus igitur ceræ ac chartæ vel tabulis (in quibus antiquitus multa scribebantur) similis est & comparatur: imago autem literis seu scripturæ: nominum recitatio, lectioni aut rerum lectarum recitationi. Locus est pars vicaria memoriæ & instar illius capax. multiplicaturq; per antrorsum & retrorsum, per dextrorsum ac sinistrorsum, per sursum atq; deorsum, aliquid addendo vel diminuendo: multiplicatur etiam mensurando longũ, trãsuersum & mediũ. Locorũ regula breuiter & hæc ordine est, vt primò sit locorũ inuẽtio (de qua superius dictũ est) deinde ordinatio, meditatio, distãtia, fictio, solitudo, mediocris lux, dissimilitudo, quantitas, loci quinti signatio per manũ aureã vel alterius metalli, illiusq; variatio, ne similitudo cõfusionẽ pariat. Imagines sunt similitudines rerũ in mẽte cõceptarum, siue simulachrum simile ex toto vel ex parte rei cuius recordari volumus, imò pro ipsis rebus collocãdis accipiuntur. Sunt verò in duplici genere, scilicet aut notæ aut ignotæ: notarũ q̃dã animatæ,

aliæ

alię inanimatæ:& tā animatarū quā inanimatarū alię simplices,aliæ cōpositę.Illud rursus non obliuiscaris, quòd in collocādis imaginibus super locis,semp res locāda est cū actu ridiculoso, vel admiratiuo,vel crudeli, vel alio modo incōsueto:nā ridiculosa, crudelia, iniuriosa, admiratiua,excellēter pulchra, vel turpia, immutāt sensus ac melius excitant memoriam, cum anima circa talia multum aduertat. Variantur quoque imagines per transpositionem literarum, & per transsumptionem: vt si velim Romam recordari, ponam Deum amoris, qui vocatur amor: & pro tyranno lupum rapacem.Sufficit itaque nos methodum ostendisse,quā qui sequetur, haud difficilè,modo exercitatio accedat, multorum ac variorum sibi pro occasione debita, recordationem certam parabit: ignaui autem & occiosi torpeant, quibus omnia infensa sunt.

Vltimò, epilogi vice ac veluti colophonem addam quę scribit Erasmus Roterodamus lib.3.Eccles. Ad natiuæ memoriæ vim natura felicē, accedat intelligētia,cura,exercitatio,& ordo.ad męmoriam cōfirmandā nonnihil opis pollicentur & medici, & secundum hos

Marsilius Ficinus: sed præter ea quæ diximus, plurimum confert perpetua vitæ sobrietas: nam crapula & ebrietas, vt ingenium hebetant, ita memoriam prorsus obruunt: officit etiam curarum varietas, & turba negociorum. officit & tumultuaria diuersorum voluminũ lectio. Hanc præcipuam arbitror causam cur senectus sit obliuiosa: ꝙ ea vis animi multitudine rerum obruitur. officit memoriæ pudor immodicus, auditorũ nouitas, & anxia cura: pudor & nouitas vincitur assuetudine. Anxium studium officit ad hoc ipsum ꝙ impendio affectat. Alibi sic inquit: Optima memoriæ ars est, penitus intelligere, intellecta in ordinem redigere, postremò subinde repetere quod meminisse velis. Hactenus Erasmus. Si vis igitur rerum bonarum pollere memoria, diligenter curato, vt eius quod ediscendum est, certam intelligas rationem. Ratio enim est indissolubile veritatis & memoriæ vinculum. Ob hoc forsitã Plato inquit, quod bene intellectum est semel, obliuioni omnino tradi nunquàm posse. Ea quoque memoriæ tradenda sunt, quæ non solum vtilia sunt, sed & iocunda. nam alimenta quæ suauissimum saporem afferunt

ferunt, facilius in naturam nostram trãſeunt atque conuertũtur: & quo auidius quid haustum est, eo diutius retinetur. Adde his, ꝙ obseruandum omnino Aristot. & Simonides arbitrantur, vt certus quidam in ediſcendis ordo vel insit, vel ſaltem excogitetur. Ordo in proportione quadam & connexione conſiſtit. In his autẽ quæ ordinata ſerie digeſta ſunt, ſiquid vnum acceperis, reliqua continuò neceſſaria quadam vel naturæ vel artis continuatione ſequuntur. Obſeruandum inſuper, vt ſæpenumerò, quæ didicimus, meditemur: ſic enim alimenta animi concoquuntur, & quaſi conuertuntur in animum. Cõfert etiam quamplurimum ſiquis eleganti oratione cantuq; ſuaui, quæ memoriæ mandauit ſæpe recenſeat, vt dictum ſuprà eſt. Voluptas enim rerum condimentum eſt, amoris eſca, incitamentum ingenij, voluntatis pabulum, roburq; memoriæ. Purganda eſt etiã anima à malis, vt impleatur bonis: orationeq; ad Deum fideli petendus eſt ſpiritus ſapientiæ & ſcientiæ per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, cui cum patre & ſancto ſpiritu ſit honor, laus & gloria ſemper.



DE PRAEDICTIONE MORVM NATVRARVMQVE HOMINVM

facili, cùm ex inspectione vultus, aliarúmque corporis partium, tum aliis modis.

Opusculum in 23. capita diuisum.

De physiognomia in vniuersali. *Cap.* I.

OMNIBVS animalibus commune est agere vel pati ab inclinatione naturali, quæ vt in brutis impetus, ita in hominibus propēsio dicitur: vt in cholerico est ad irā inclinatio, in melancholico ad metū, in sanguineo ad iucūditatē, in phlegmatico ad segniciā. Inclinationes ergo istæ in hominibus morū atq; affectuum semina dicūtur, quoniā ratione regulari possunt: in brutis verò mores & affectus, quoniā sensibus & appetitu viuunt. Ex quibus patet Physiognomiā scientiam esse necessariā, quo per ipsam prædi

prædicimus aptitudines naturales ad affectus vel mores: quo verò per ipsam prædicimus affectus vel mores actuales, nec est scientia necessaria, nec firma: verùm quia homines plerunq; viuunt sensu, & non nisi sapientes viuunt ratione, ideo physiognomia est scientia prædicendi mores actuales & affectus vt in pluribus, quoniã plures appetitu & sensu viuunt quàm ratione. quam etiam ob causam Bias Prienæus dicebat plures esse malos quàm bonos: quoniam plures appetitu quàm ratione mouentur: atq;, vt inquit Aristoteles, à medio pluribus modis delinquitur, acceditur verò non nisi vno modo: ita ad virtutem peruenire arduum, & vnico calle possumus: verum in vitia dilabi procliuissimum, idq; multifariã potest admitti & cognosci. Duo aũt sunt signorũ genera: aliqua q̃ à qualitate elemẽtaria sumpta, animi affectiões significãt, vt thoracis pilositas, q̃. iracũdiæ est indiciũ, ex corde calido. q̃dam à proprietate, vt capitis in dextrũ declinatio, quæ signũ est cynædi, nec ex causa calida aut frigida, sed ex proprietate colligitur. Peripatetici verò (vt Aristoteles secũdo Priorũ) supponũt nullã homini inesse aliquam affectionem, aut

ali

aliquem morem à natura, quin illum in corpore comitetur signũ per quod illa paſsio aut mos poſsit ſignificari. Ac licet anima quo ad intellectum ſit à corpore eleuata, quo ad alias tamen partes & potẽtias eſt à corpore comprehenſa.

Quamuis quoque hominum aſpectus non differant ſpecie eſſentiali, differunt tamen ſpecie accidentali. Sufficit autem pro differentia morum, accidentalis aſpectuum differentia. Si quis autem illud Ioannis ſeptimo obiiciat, Nolite iudicare ſuper faciem (ſeu aſpectũ) ſed rectum iudicium iudicate. Reſpondeo dictum illud à Domino eſſe in illos qui ex prauis affectibus arrepti, non ex re & cauſa iudicium faciunt, ſed ex perſonarum acceptione, hominúmque odio vel contemptu alienãtur à rei veritate: quod fugiendum eſt tum aliâs, tum maxime vbi de cæleſti doctrina agitur. Hoc etiam eſt ſuper faciem (vt ſuprà dictum) iudicare ac falli, ſi quis vultiſpex aliquẽ ex natura hilarẽ, quem aliquando contingat caſu aliquo vitam triſtem ducere, ſic eum natura triſtem cenſeat, qui tamen natura hilaris eſt, vel econuerſo. Sciendum etiam duplices fore paſsiones, videlicet naturales & acciden

cidentales:accidentales sunt quę animæ insunt, & ex eo quòd animæ insunt, nulla fit in corpore mutatio, vt artis & scientię, & hæ per signa in corpore non indicantur. Naturales verò, quæ cùm in nobis insunt, aliqua mutatio apparet in corpore, vt ira, metus, &c. de quibus tractatur. Est enim physiognomia cognitio affectuum & morum animæ.

De capitis iudicio, super magnitudinem, figuram & dispositionem. Cap. II.

CVm caput inter reliquas humani corporis partes omnium maxime conspicuum sit intuentibus, haud ab re etiam Hippocrates ex eius potissimum figura de totius corporis constitutione iudicare docet in sexto Epidemion: quod enim iusto plus magnum aut paruum fuerit, id vitiosum existit: & qui eo præditi sunt, iis quæ ad intellectum attinent, euidenter læsa ac impedita esse apparent. Vt autem caput paruum perpetuò vitiosum, ita magnum interdum bonum, interdum etiam malignum existit. Optimum verò caput id est, quod exactè rotundum, & vtrinque paulatim depressum existit. Veluti si sphæram exactè rotundam ex cera constructam,

ſtructam, paulatim vtrinque depreſſam excogitares: nam rotundum, vt geometræ aſſerunt, eſt capacisſimum. Caput ergo melius, in magnitudine moderatum exiſtit, & habet decentem rotunditatem quæ ante & retro eminet, parua compresſione temperata. Cauſa paruitatis capitis eſt paucitas materiæ: cauſa magnitudinis capitis eſt materiæ, ſcilicet ſpermaticæ, multitudo. Cerebrum ſequitur formam cranei: paruum namque ſi fuerit craneum, paruum erit cerebrum, & econtra. Cranei figura ſi corrumpitur, corrumpitur & cerebri forma. Caput hominis inter cætera animalia proportionaliter plurimum cerebri habet. Mares plus cerebri habent quàm fœminæ: licet effectus aliquando contrarium indicet: ſed de his quæ rarò fiunt, vel per accidens, non eſt ars vel ſciētia. Caput hominis iuncturas plures habet quàm cęterorũ animantiũ, & maris plures quàm fœminæ. Caput debitæ formę habet formam mallei, in qua pars anterior & poſterior eminent. Forma medij ventriculi debet eſſe leuiter compreſſa, & ita nobilior eſt cogitatiua. Forma anterior ſi depreſſa eſt, iudicium abeſt. Si poſterior depreſſa eſt, abeſt memoria,

moria, & ineſt imbecillitas motus neruorũ, & per conſequens totius corporis: nam ex cerebri fortitudine oſtenditur fortitudo colli & neruorũ: ſimiliter ſpatularum amplitudo, pectoris, hippocondriorum & oſsium. Caput non vltra condignam formam & rationem, adauget ſenſum virtutémque, & denotat in homine magnificẽtiam. Caput paruum & indebitum, oppoſitum arguit. Cùm enim caput fuerit magnum, cerebrum erit magnũ: & cùm cerebrũ ſit omnium ſenſuum principium, caput ſi magnum ſit, erit multi ſenſus, & econtra.

Maximum ergo habenti caput non vltra formam, formoſitas & conditio bona denotatur.

Caput magnum cum figura diuerſa, & ſubtilitate neruorum, ac viuido collo, & ſubtili, oſsibúſque ſubtilibus, ſignum eſt maliciæ formæ cerebri.

Caput habentes magnum præter formæ debitum, fatui ſunt & ſtolidi, & indociles.

Caput magnum & collum paruum, malum eſt: deficit enim virtus formatiua, & materia eſt inobediens: inde ſtoliditas & fatuitas.

Caput magnum corpori proportionatum,

natum, præſertim collo, ita quòd collum ſit forte & mediocriter craſſum cũ fortibus neruis & craſsis, non extra laudem bonum eſt.

Caput pineatum in formam pyramidis, ita quòd pars inferior ſit craſſa & rotunda, pars verò ſuperior acuta & pineata, inuerecundiam arguit, rapacitatem, & audaciam temerariam: hoc ex caliditate & ſiccitate cerebri eſt. Ianuenſes vt plurimum talis ſunt figuræ & naturæ, & plurimi cucullati quos religioſos vocant, præſertim Bigotti & hypocritæ: Phoxi etiam dicuntur à Græcis, acuminata capita habentes, vt Therſites Iliados B. Quo non deterior alter venerat ad Troiam.

Caput magnum cæteris ſignis ingenium denotãtibus, eſt bonarum artium receptaculum: ſecus eſt cum caput magnum eſt, non reſpondentibus cæteris membris.

Caput forma decens eſt cum ventriculo anteriori bonæ formæ & ſatis humido, quia apprehenſio ſpecierum fit ab humido: retẽtio fit à ſicco, in poſtrema parte.

Caput cum ventriculo medio aliqualiter compreſſo circa latera, denotat vir-

tutem cogitatiuam in componẽdo esse promptam, & in diuidendo quod apprehensum est, propter vnitatem spirituum in loco.

Caput sphæricum, mobilitatem, instabilitatem, obliuionem, exiguámque discretionem, paruámque denotat sapientiam: motus enim spirituum nunquam pausat: quod in plurimis annotatum est Gallis, Vasconibus, & Teutonicis. Si enim forma capitis sphærica est, ventriculus medius amplus est, & spiritus eò tendentes dum amplum locum inueniũt, nõ bene vniuntur: & sic extimatiua debilitatur, quia in girum spiritus obuoluuntur. Talis capitis homines multa pollicentur & attendunt parum: sunt importuni, auari, inuidi, de præsenti tantũ cogitantes. Nihil confidas his hominibus, præsertim si corpus est cholericum aut melancholicum. Hi si dominium habent, crudeles sunt & tyranni, deprædatores, & homicidæ, nisi pij sint ac Deum timentes.

Caput paruum de necessitate malum: ideo & faciliter ęgrotat, & intus est paruum cerebrum, & angustia ventriculorum: in quibus spiritus angustiantes, nõ operantur debitum: cõculcantur enim,

inflammantur, & suffocantur: ideo non imaginantur bene, non disponunt, non memoratur. Tales sunt irascibiles, timidi, & iram retinentes propter cerebri siccitatem & calidam temperiem. Sunt quoque exigui iudicij & intellectus, nec possunt recte discernere: tractant falsa, maledicunt, & sunt bilingues, à quibus fugiendum est, tanquam ab hoste: ab omnibus excipe sanctos.

Caput ineptè prolixum, obliquum in organis, impudicitiam refert, & impudentiam.

Caput humile & planum, insolentiæ & dissolutionis vitium signat.

Caput in priori parte eminens, insolentiam testatur.

Caput in anteriori parte vallatum, depressum & concauum, iracundum ac dolosum significat. at qui occipitis caua demissa habuerint, pauidorũ nota erit.

Caput magnum cum frontis latitudine & vultu quasi gigãtis, tardum, mansuetum, fortem & indocilem denotat: refer ad boues.

Caput longum aliqualiter protensum ad mallei formam, prouidum & circumspectum arguit, quales vt plurimum sunt Thurci.

Caput rectum, in medio lene & ferè planum, mediáque magnitudine, sensibus ingentem & magnanimum facit.

Caput ad omnia mensuratum, ingenio excellentem notat, & perspicacem liberalémque.

Caput esse paruum vel magnum, intelligitur iuxta corporis dimensionem.

Caput breue, sine sensu, sine sapientia est.

Caput ex posteriore parte cõcauum, dolosum & iracundum indicat.

In quibus tempora caua vtrinque inspicies, dolosos trucésque iudicabis.

Ex colore corporis iudicium. *Cap.* III.

NIgredo in homine vt cornu lucẽs, adustionis signũ est: tam in membris quàm etiam in capillis.

Subniger seu brunus color in facie non est, malæ temperaturæ.

Color niger, imbellem, timidum, versutum indicat: refertur ad eos qui in meridiana plaga inhabitant: & etiam quia tales sunt melancholici, quorum proprietas est timiditas. Aegyptij verò Aethiopes ex innato calore debili & ab extraneo resoluto, debiles sunt.

Flauus & albicans, furoris & iracun-

diæ ſignum eſt.

Color medius inter album & nigrum fortitudinis eſt, quæ virtus media eſt audaciæ & timoris.

Color viridis obſcurus aut niger, pronos ad iram indicat.

Ruffus corporis color, pernicioſi hominis ac variis moribus præditi, argumentum eſt.

Rubei valde, homines aſtuti ſunt: refer ad vulpes. Raro vidi breues humiles, rubeóſque fideles.

Homines ſupertabeſcentes facie, ita tamen vt rubedo maior in fronte, & oculi demiſsi ſint, verecundi omnino dicuntur. refer ad paſsionem.

Color albus ſubrubeus, fortes & animoſos indicat: refertur ad ſeptentrionales.

Color vehementer albus, virtuti eſt contrarius, ignauíque indicium: nam phlegmatici ac frigidi ſunt, & ideo etiã timidi.

Color qui pallore deformatur, imbellem, timidum, eundémque tergiuerſatorem ſignificat, ſi non ægritudo ſit ſtudiúmve cauſa palloris. Cum fuſcior color pallori permixtus eſt voracẽ, loquacẽ, intẽperatæ iræ atque linguæ denunciat.

nunciat. Color igitur ad insaniam vergit. Aristoteles ad Alexandrum inquit, Albedo liuida vel flaua, hominis deceptiui magnum signum est: quòd si cum hoc accidat monstruositas, erit & natura & anima diminutus: fuge ergo, inquit. eodem loco, Caue, inquit, ab homine omni qui aliquo membro diminutus ac mancus est, veluti ab inimico: quoniã turpes ac manci temerarij sunt, loquaces, & sine iudicio omnia proferentes: & prouerbium est, cauendum à signatis à Deo.

Homines rubore simplici cum labiorum titillatione & narium ampliatione, signantur animosi & iracundi: referuntur ad passiones.

Color trãquillè & moderatè rubeus, docile ingenium, velóxque declarat.

Homo cui ea quæ sunt circa pectus & faciẽ rubore flammeo ardẽt, inflammatur ira, maniacus facilè fit ac rabiosus.

Habentes colorem flammeum vel circa, diu iram tenẽt, implacabiles sunt, delatores, & difficiles ad regendum dum sunt irati. Refer ad morem in iratis apparentem.

Dixit Loxus experiẽtia se obseruasse hominẽ cuius nasus & maxillæ natu-

ra hepatico colore rubent, esse omni vitio horrendo affectum, vt libidine, vinolentia, crudelitate, & cæteris talibus.

Cùm venæ ceruicis & temporum extant, & sanguinei sunt oculi, iracundum animum & vehementem ostendunt, nonnunquam & insanum.

Cùm vultus rubet, aut verecundum, aut vinolentum declarat. Discernes igitur hunc ruborem oculorum indiciis, & eius consuetudine.

Capillorum iudicium ex substantia. *Cap.* IIII.

CApilli plani, suaues, mansuetudinem & frigiditatem notant & humiditatem.

Calor hominis superiora petens, & passim penetrans, capitis cutem perforat, & humorem per foramina educit, ac subtilior pars humoris euanescit, crassior verò residet & cogitur in capillum cute duriorem extraneo frigore, & capillus fit tam latus quàm foramen, tam longus quàm impetus exeundi.

Qui tarde nascuntur, humidam indicant complexionem, nec sanguineam.

Si festinant capilli, corpus ad siccitatē declinabit potius quàm ad humidum: & cùm caliditas & siccitas coniunguntur, capilli citius nascuntur, & grossiores.

Multi

Multitudo caliditatẽ arguit,& grossicies multa fumositatẽ:ideo amplius in iuuene quàm in puero:in puero enim materiæ vaporosæ sunt potius quàm humorosæ:in iuuene verò secus: ideo contraria sequuntur ipsorum cõtraria.

In puero multi pili,docent crescentem complexionem eius ad melancholiam tendere.

Crispitudo in extremitate, caliditatem & siccitatem notat,vt in leone.

Crassicies,ex vapore grosso & abundanti.crassi & nigri capilli Saturno referuntur.

Capillatura cõpta nimis & ornata seu prolixa tã ab arte quàm à natura,arguit homines venereos & solares. Qui ferũt capillos positicios gratia ornatus,omninõ sunt venerei. Nã sicut mulier sua natura induẽs ornamẽta virilia, thoraces, trilices, & alia id genus armorũ, est de natura viri,id est,masculina:modo simili viros muliebri ornamento gaudẽtes, effœminatos appellamus,id est, libidinosos & pusillanimes.

Capilli in capite erecti,& pili similiter in reliquo corpore,timidos arguũt.

Directi ferum vel spissi capilli. rari, insidiosum,molles,effœminatum.

Capillorum crispitudo sursume leuata, calidæ est complexionis.

Polemon Græcus autor inquit capillos crispos (id ego de omnino crispis intelligo, vt in Aethiopibus) hominē admodum pauidū abominabilemq; denotare: rectos (hoc haud vniuersale est) inutilem & stolidum, mediam autē inter hæc qualitatem, optimam hominis naturam testari.

Capilli compressi, fronti eminētes, animum fortem & brutalem ostēdunt. refer ad vrsos & feras.

Capillorū asperitas, asperos vel ferinos mores denotat.

Capilli compressi, supra mediā frontem resupinati reflectentes in cerebrū, calidum, minus sapientem in bonis virum notant. refer ad barbaros.

Capillus ex vtraque parte depressus in frontem descendens, naturæ signum est equinæ.

Capilli iuxta tempora tenues & rari, frigidum & sine viribus hominē annunciāt: ratio, quia ibi arteriæ magnæ: & ille locus deberet naturaliter esse calidus, ergo & pillorum generatio, quia fit à calido: quando igitur ibi sunt rari & tenues, deest caliditas: refer ad mulie

lieres ibi penuriam pilorum habentes.

Capilli iuxta tempora rari ſed rigidi, timidum frigidumq; profitentur.

Capilli denſi circa tempora & aures, calidum hominem & libidinoſum notant.

Capilli ibidem ſi fuerint ſtabiles, nigri, lutei, violentum indicant animum. refer ad apros,

Capilli ibidem ſi fuerint craſsi & albiores, arguunt mores indociles & indomitos. refer ad Friſones.

Capilli molles & rari vtraque menſura tenues, fœmininum animum & ſanguine depauperatum arguũt, ſimiliter hebetem & pigrum. Et quando fuerint rariores magis, ſubdolum & aſperum & lucri cupidum innuunt. refer timiditati barbarorum, & Aſſyriorum auaritiæ. Aſſyrij enim extra menſuram auari.

Capilli multi craſsi atq; depreſsi cũ piloſitate reliqui corporis, in puero teſtantur melancholiam futuram, id eſt maniam incurſurum.

Quando augentur in ætate capilli, repræſentant multã aduſtionem per naturã, quæ cauſat ægritudinẽ fatuitatis.

Linea vltima capillorum ſi à fronte recedat, callidum & parui intellectus ar

 guit.

guit.

Linea vltima capillorum si fronti im minet, animosum notat ac semiferum hominem.

Linea vltima si post sinciput ad quod terminantur origines capillorum descendit versus ceruicem, in nequiciis callidum, in bonis verò insipidum ac luxuriosum arguit.

Linea talis ex priori parte cum longe superior à ceruice est, tardum, timidum, fœmineumq; animum profitetur, & iracundum.

Mulieres non caluent, quoniam earũ natura similis est naturæ puerorum.

Spadones non caluescũt, quoniam in fœmineam mutantur naturam.

Capilli in tactu crispi corrugationi piperis similes, debilitatem notant digestiuæ, & citam senectam.

Coloris capillorum iudicium, & pilorum vbicunque. Cap. V.

Significatio coloris pilorum nõ verificatur pro maiori parte, nisi in temperatis climatibus. Aliquid tamen potest comprehendi in quolibet climate comparando ipsis homines illius climatis: vt puta in Teutonicis & Aethiopibus

bus. Aethiopes enim nigri ſunt, & eorum capilli criſpi vltima tortuoſitate: nõ propter hoc eorum complexio erit calida, ſed hic calor & hæc criſpitudo extrinſeco calore naſcitur, nam potius frigidi ſunt vaporante calore. Teutonici verò & Sclaui, id eſt Illirij, frigidas regiones incolentes, albi ſunt, & eorum capilli flaui & plani: nec propter hoc generatim dicendum eſt quòd ſint frigidi, imò potius eorum cõplexio eſt calida valde, quia calor clauditur intrinſecus, vt accidit in hyeme. &c.

Albedo ſignificat aut frigiditatem vehementem, ſicut canicies: aut fortem ſiccitatem, ſicut accidit vegetabilibus cum ſiccantur, quæ ex ſua nigredine aut viriditate tranſeunt in albedinem. Et hoc quidem non accidit hominibus niſi in fine ægritudinum exſiccantium.

Albus capillus eſt complexionis frigidæ. Colores capillorum præcipui ſunt quatuor, ſcilicet nigredo, rubor, glaucedo, & canicies. Regiones & aer operationem habent in capillis.

Canicies capillorum oritur defectu caloris naturalis, vel ex putrido phlegmate: & aliquando venereos mores indicant.

Niger capillus est ex cholera incensa superabundante, vel ex combusto sanguine.

Capilli subnigri si sint moderatè tenues, bonos mores indicant, & bonam complexionem hominis præ se ferunt.

Capilli valde nigri nõ plani sed aspe ri, calorem arguunt.

Capillus rubeus à natiuitate, caloris non adusti signum: sunt enim diminutæ caliditatis capilli rubei, & cõplexio talium hominum minoris est caliditatis quàm nigrorũ capillorum, cùm rubedo sit proxima & affinis nigredini.

Capilli rubei cum intensione rubedinis, insidiatorem, amentem, cholericum, iracundum, furiosumq; absque ratione ostendunt. rubei subalbidi, auaros mores.

Capilli colore castaneo, rectum, iustum, dilectum arguunt.

Aureus flauus est diminutę frigiditatis.

Aureus ex flauo & rubeo mixtus, signum est temperatæ complexionis.

Capilli subflaui moderatè tenues, Solis & Mercurij naturam notant.

Flauitas & albedo capillorum arguit frigiditatem, sed diminutam in flauo.

Capilli flaui longi solares sunt, id est

ani

animo regali existentium.

Capilli blundi aut flaui, dominio fri giditatis subsunt, & calor in humido sopitur: refer ad pueros. Septemtrionales tamen habent propter regioné: vnde notandum est, quoniam hæc solent physiognomum decipere.

Nigredo capillorum sicut cornu lucidū cum asperitate quadam & tortuosita te, caliditaté cōplexionis arguit. Nigri simpliciter, timidum & auarū signant. Nā omnis timidus ferè est etiā auarus.

Color vt lucidum cornu naturæ Martis assimilatur: nihilominus capili non sunt grossi, sed aliquantulum subtiles subtilitate humorū, & nigrificātur intensa caliditate: patet in pane super prunas adusto, quia fugit humiditas.

Crura satis admodum dēsis pilis oblongisq; obsita, ruditati atque agrestiori naturæ adscribe.

Cùm in residuo corporis autem est nimia pilositas, ibi Martis & Saturni sidus vim operatur suam. Tales videmus deprædatores viarum, præsentim quando cilia sunt valde pilosa. cùm solū pectus pilos præfert, calidum & animosum significant.

Cùm omne corpus contectum est pi lis

lis aſperis & denſis, animum quadrupedis potius quàm hominis indicant. Cùm ceruix à capite capilloſa eſt, fortem & animoſum indicant: refertur enim ad leonem.

Frontis indicium. Cap. VI.

FAcies, pars ea tantū quæ caluæ ſubiecta eſt, & in homine tantum.

Frons faciei pars eſt inter ſinciput & oculos.

Latitudo frontis incipit à naſo vbi terminantur cilia verſus commiſſuram coronalem.

Longitudo frontis intelligitur per latitudinem corporis, vt villi ac nerui incedunt.

Per rotundam frontem intelliges quandam ſphæricam eminentiam & promptuariam ad exteriora, & talem formam neceſſe eſt deficere in longitudine frontis.

Frons quibus magna, ſegnes: comparantur bubus. Frons quibus parua, mobiles.

Frons quibus lata, idonei ad mouendam mentem: ſi valde lata, ſtulti: parua diſcretione, & ingenio rigidi. Latā intellige cum debita quātitate longitudinis & latitudis.

Frons

Frons quibus rotũda, iracundi, præsertim si promptuaria, & insensibiles: refer ad asinos.

Frõs quib. parua & angusta, stolidi, indociles, inquinati, voraces: refer ad sues.

Quibus oblonga, valent sensibus, & dociles sunt, sed vehementes aliquantulum, refer ad canes.

Frons quibus est quadrata moderatæ magnitudinis, consona capiti, tales virtuosi, sapientes, magnanimi: refer ad leones.

Quibus est frons plana & cõtinua sine rugis, inflexibiles sunt & insensibiles, cõtumeliosi, & valde irascibiles, id est, ptinaces in ira, obstinati & litigiosi.

Qui mediam frontẽ simul cũ superciliis contrahit, est vili lucro intentus.

Quibus est protẽsa, adulatores sunt: referũtur ad passiones. & est frons protensa æqualis, quasi vltra tensa. dicitur etiã collecta frons, id est, tensa vel trãquilla, vt in canibus patet & hominibus blandientibus.

Quibus est obnubilosa, audaces & terribiles: referuntur ad tauros & leones.

Frons quasi cacumen quiddam habens & fossulas quasdam, callidi & perfidi indicium.

Mo

Medius habitus frõtis inter hos decenter congruit & bonus eſt.

Frons quibus triſtis eſt, mœſti ſunt: & referuntur ad paſsionem.

Demiſſa & obſcura, planctui promptos facit: refer ad pauones.

Frons magna ſemper cum craſsicie carnis, & econtra, frons parua, cum ſubtilitate.

Frons parua & ſubtilitas pellis denotat ſpiritus ſubtiles & mobilesr, &, ecõtra. Spiritus autem eſt corpus ſubtile ex vaporibus ſanguinis cauſatum: eſtq; ſpiritus lator virtutum animæ in membra ſpiritualia: atque ideo vbi eſt humorum craſsicies, ibi non poteſt eſſe bonum ingenium.

Frons rugoſa nimis, ſignum eſt inuerecundi. & rugoſitas cauſatur ex nimia humiditate, licet aliquando etiã ex ſiccitate, & iſta non occupat totam frontem, & declarat iracundiam & iraſcibilitatem, retinet iram & odium abſque cauſa, & ſunt tales litigioſi.

Habentes curtam frontem, tempora & maxillas compreſſas, amplis mandibulis, ſtrumas contrahunt.

Quibus tenſa eſt & lucida, adulatores ſunt & doloſi, vt ſuprà dictum.

Frons

Frons in longum rugosa, præsertim in radice nasi, arguit cogitationes melancholiæ.

Frons laxa, diffusa vel aspera concaua in medio cum tranquillitate cutis arridenti, versutos notat & auaros ac fortasse plenos inscitia.

Frons valde distorta, secordem ac stupidum.

Cui velut nebula in riuum frõtis est, vel in medium tanquam obstricta, iracundus vocatur: refer tauro vel leoni.

Frons demissa & tristis, animũ lugubrem, iracundiam & tristitiam notat.

Frons alta, lata & longa, auget bona. Humilis frons, virilis haud est.

Frons in tẽporibus quasi inflata glossitudine carnis, maxillis plenis carne, multum animum arguit, iracũdiam, superbiam, & ingenij crassiciem.

Curua frons eademq; alta & rotũda, stoliditatis indicium est & impudentiæ.

Superciliorum iudicium. Cap. VII.

SVpercilia in ossium compage posita sunt: quamobrem compluribus senibus crescunt.

Supercilia valde pilosa ostẽdunt ineptos ad loquendum, quia arguunt mul-

tam & adustam materiam: item ostendunt ineptitudinem morum & maleficorum: quia intellectus & morigeratio à temperamento tantum causatur, non ab adustione & fumorum copia. Ex magna namque adustione semper cerebrum calescit & per consequens est garrulitatis causa & furibundi moris, nullo discursu.

Supercilia densa cum multitudine pilorum coniunctorum ad nasi principiũ, signant adustionem intensam: & habentes sunt melancholici, & prauæ naturæ, impij, & aliquando fures & omnino deceptores, homicidæ, ac lenones, & o-nia mala complectuntur.

Supercilia ad superius eleuata si ad originẽ nasi descendũt, & superius eleuantur ad tẽpora, signãt dominium calidi & sicci, & sunt callidi & malefici.

Polemon ait, Si frõtis pili ad nasi medium densi demittantur, ad partes verò quæ vtrinq; existunt minime, magnanimitatis & maximæ virtutis animi argumentum esse. Ibidem rectos pilos, timidum & dolis præditum notare.

Supercilia multorum pilorum, multã arguunt cogitationẽ, & multę tristitiæ, cum loquela plena & crassa: tale signum aliquan

aliquando reperitur in deprædatoribus viarum, homicidis & furibus.

Supercilia si descēdūt inferius à parte nasi, & superius eleuantur à parte tē-porum, inuerecundos & hebetes demō-strant, & hoc propter caliditatem furiosam.

Supercilia rara mensuratæ magnitudinis, arguunt temperamentum, humorū bonitatem: talia habentes, ingeniosi sunt & secreta indagantes.

Supercilia longa, arrogantiam & inuerecundiam notant. Longa multorū pilorum signant virum magna meditantem.

Supercilia quando panduntur ad tempora, immundicam signant, & derisorē simulatorémque.

Supercilia inferius à parte nasi descē-dentia, & superius versus tempora eleuata, & sic vtrinque diuulsa, inuerecundiam, inuidum, stolidum, insatiabilem, & porcis similem.

Supercilia quæ descendunt per incuruationem à parte nasi, ingeniosum in nefandis arguunt: & quando incuruantur ad lacrymale siluestre, signant ioculatorem.

Supercilia si fuerint directa lineata & prolixa, malū, imbecillem, & fœmineū

animum significant: refer ad mulieres

Supercilia densa cum coeunt, tristem maxime hominem, sed & parum sapientem significant.

Supercilia dependentia vel oculis imminentia, inuidum. Curuata, paruam & angustam mentem.

Supercilia arcuata adeò vt penè nasc adiungantur, subtilem & ingeniosum ac studiosum.

Supercilia rara, diametro commensurata & magna, intellectum.

Supercilia arcuata, si coniungantur ad conum nasi, subtilē & studiosum notãt: si autem conuexũt ibidem, tristē & parum sapientem. Si arcuositas declinat ad tempora & ad gibbositatem genarũ, negligentem & fatuum.

De superciliis male dixit Michaël Scotus, quem Ioannes Picus dicit esse sciptorem nullius ponderis, multæ verò superstitionis.

Ciliorum & palpebrarũ iudiciũ. *Cap.* VIII.

Cilia tegmina sunt oculorum operto ria, venularum clausulis summis in nituntur ex vapore crassiusculo. Causa paruitatis, est materia parua.

Subtilitas pilorum arguit subtilitatē

mate

materiæ, id est humorum, & dominium choleræ: & tales sunt maliciosi, vitiosi, malefici: & cæteras bilis passiones tu notabis. Et cum carnosior ille locus fuerit, vt miluorum oculi, astutia & mala caliditas indicatur. Miluorũ natura est calida & rapax, & est species aquilæ ratione caliditatis, & est animal cholericum: caue igitur à cholericis non regeneratis ex spiritu sancto.

Lacrymale domesticum cum est modicum, significat astutum, vt tenet Auicenna.

Cilium superius eminens inflatũ magis quàm plenum, parum supra oculum declinans, insolentem & quasi visum alligatum notat.

Cilia autem si declinant ad inferius, plenum & crassabundum ostendunt, maxime cum sunt rubore obducta, potatorem ruinosum denunciant: & expertus sum in pluribus tabernas frequentãtibus. ratio est, quia significat debilitatem oculorum, ergo & cerebri, ergo timent vinum.

Quòd si subtile retractum inferius fuerit, intantum vt oculi obtegatur album, denotant humorum siccitatem: quod si cõtingit in acuta aliqua passione,

ne, mortem denunciant.

Quando pili palpebrarum (à palpitãdo dictæ sunt palpebræ) curuantur inferius, vel naturaliter ad vnam partẽ torquentur, mendacem significant & callidum.

Qui maiorẽ & grossiorem habet palpebram, longius videt: quia cõseruat lumen à calido & frigido extrinseco.

Anguli oculorum quando sunt dilatati, signant oculorum ægritudinem: & si habent aliquam eminentiam carnosam, ebriositatẽ notant, & præcipue quando oculi eminent, tunicis eorum exiccatis.

Palpebræ oculorum superiores palpebras inferiores cooperientes, longam vitam notant.

Crebra parpebrarũ palpitatio, meticulosos arguit & maniacos.

Tenues palpebræ & in sanitate optimæ sunt, & mentem deo proximam indicant.

Oculorum iudicium. *Cap.* IX.

EX oculorũ indiciis Physiognomones sententias suas cõfirmant: quoniam signa quæ in oculis cernũtur, idola affectionum cordis sunt.

Oculorum complexio humida est, & septem

ſeptem tunicis formantur cum tribus humoribus.

Oculis paſsiones animæ maxime indicantur, tribulatio, hilaritas, amor, odium, &c.

Oculorũ colores præcipui quatuor, niger, ſubalbidus, varius, & glaucus.

Oculorum forma rotũda, mobilior & perfectior & incorruptibilior, propter carentiam angulorum.

Oculi quaſi occulti dicuntur.

Angulari oculi, ſuperfluitates ſæpe ſæpius in angulis habent.

Rectus oculorum ſtatus, probi viri indicium habetur.

Oculi craſsi, timiditatem & puſillanimitatem arguunt, quia cauſantur à magna copia humiditatis cerebri, in qua eſt frigiditas quæ diffunditur per membra, & extinguit ſanguinem. Ideo, quẽadmodum ſpiritus ſanguinis facit audacem, ita humida & frigida complexio, timidum.

Eminentes oculi timidos arguũt: refer ad lepores, cuniculos & ranas.

Extenſi oculi in anteriori, ſtultũ: pro fundi, malicioſam ſubtilitatem.

Lati oculi in latitudinẽ corporis tendentes, porcorum oculis ſimiles, arguũt

corporis humiditatem.

Eleuatos & eminentes oculos haben tes, parum vident: quia elongãtur à cerebro eorũ fonte: & tales sunt loquaces.

Oculi in caput pressi, acutius vident.

Oculus profundus, signum est malorum morum.

Mobilitas oculorum à caliditate est, & iracundiam notat, luxuriem & audaciam: refer ad accipitres & astures.

Immobilitas oculorum à frigido est, & timiditatem ad modestiam signat.

Qui cum oculis palpebras motitant, imbelles, infirmiq; animi existimat Polemon.

Oculi qui clauduntur, ac denuo recluduntur, proditorem hominem, prauũq; denotant.

Si verò in ipsis humor inerit, accuratum, artiumq; studiosum dixeris.

Oculi qui difformiter mouentur, vt nũc currant nunc quiescant, ad facinora omnia faciunt, & cogitationẽ scelerum notãt: ideo tales homines pessimi moris sunt.

Cuius oculi mouentur velociter cum acuitate visus, sunt latrones, infideles, & fraudulenti. Et multos notaui etiã à pueris, qui demum suspensi fuere propter

latro

latrocinia: hi tamen habent ingenium subtile, sed ad malum promptius.

Intuitus fixus, ex nimia & fixa cogitatione est, & desiderio sæpius ad decipiendum.

Qui habent intuitum vt mulieres, luxuriosi sunt & inuerecundi: nam hæc dispositio à simili complexione venit.

Quãdo quis intuetur ac si puer esset, ita vt & facies & oculi quasi rideant, hic læta & diuturna potitur vita.

Oculi quasi ridentes cum residuo faciei, adulatores, luxuriosos, & detractores notant.

Oculi crocei crudelitatem notant & deceptionem, vt expertum est in lenonibus, & homicidis. hic color à cholera fit prædominante & adusta.

Hominem cæsios habentem oculos concretos, ac tenebricosos, fuge quantũ licet. Cæsius in siccis oculis color, impiorum est.

Oculorum color qui oleæ colorẽ repræsentat, fortem virum testatur.

Flauescens color oculorum, fortem & magnanimum.

Quos plurima nigredo infecerit, difficilis naturæ & fraudulentis iudicato.

Oculi parui, malum & stultũ denotãt

& pusillanimem: refer ad simias.

Profunditas oculorum est ex siccitate musculos & ligamenta siccante, vnde sequitur contractio ad interiora & cerebrum exhaustum.

Paucitas materiæ oculorum, significat in humido proportionato dominiũ siccitatis & melancholiæ adustæ, aut siccitatem adustiuam. Et ob hoc sunt timidi & fraudulenti vt simiæ sunt, & notat experientia.

Oculi in longum situati, inuidum, callidum & deceptorem notant.

Naturaliter in specie humana oculi situati sunt, secũdũ latitudinẽ corporis.

Oculi itaq; situati secundum longitudinem corporis monstruosi sunt, id est, præter naturã. Et vnum tantum vidi Venetiis hominem malum & crudelem: huius causa est caliditas adusta, ex quo sequitur deceptio, inuidia, & desiderium malum.

Caprini oculi, id est aliquantulum varij & turbulenti in pupilla, stolidos & fatuos arguunt.

Vaccini oculi, id est similes oculis vaccarum, crassum intellectum, dementiã, & simplicitatem notant.

Oculi parui & eminẽtes vt oculi cancrorum,

crorum, stoliditatem & suas sequentes voluptates arguunt.

Eminentia oculorum multa obiecta repræsentat, vnde sequitur ineptus discursus ex confusione obiectorum.

Sursum tendentes oculi vt boum, qui & cum hoc rubei videntur & maximi, pessimum hominem, stolidum, stultum, bibacem, ebriosum notant: hoc autem est ex debilitate cerebri valde humidi & distemperati.

Oculi sursum directi, tremuli, & pallore infecti, sæui inhumaniq; ingenij, inuidentísque naturæ, & homicidę notāt.

Si quis natura oculos sursum ductos habet, is natura libidinosus est. Refertur ad apparētem morē in morientibus & coeuntibus, vt inquit Arist. in Prob.

Eleuatio oculorum per accidens est: nam causatur à nimia caliditate, cuius signū est color rubeus, ex qua est perturbatio animæ rationalis: vt videmus in intensa irascibilitate hominum.

Oculi retorti, si ad dexteram tendunt, fatuitatem: si ad læuam, incontinentiam indicare dicit Polemon.

Si oculi venter infra protenditur, vinosum somnolentúmque denotat. si sursum tantum vergat, similiter.

Extensi oculi cum vultus extensione, notant homines maliciosos & nequam: ratio, quia siccitas est in causa, similiter & caliditas: & anima calida maligna est vt plurimum.

Asinini oculi, insipientes & duræ naturæ notant homines: sunt enim siccæ & frigidæ complexionis.

Oculi in capite quasi absconsi, id est intus cõcaui vident longius, & arguunt suspiciosum, maliciosum, pessimæ iræ, peruersi moris hominem: at valde memorē, præsertim iniuriarum: audacem, crudelem, fallacem, mendacem, vitiosum, luxuriosum, &c.

Oculi mouentes se in girum vniformiter, malos mores indicant, & homines sceleratos, facinorosos, & venenatores domesticæ familiæ ac pollutores: qualis Thiestes & Thereus & Medea, quorum filij etiam laniati sunt manibus parētum. Cùm autem modò inuoluuntur, modò recursant oculi, modò interquiescunt, ab his nondum perpetrata sunt huiusmodi facinora: verùm in animo & in cogitatione versantur.

Oculi habent tantas colorum varietates, quia diaphani sunt & raræ substantiæ: & hoc ex aqueis humoribus est, ex quibus

quibus constant oculi: ideo spiritus visiui ostendunt suas qualitates in oculo: vt mulier menstruosa maculat speculum, & puerulos in cunis inficit, & oculis sanis interdum nocet.

Maculæ multæ circa pupillam in oculo apparentes, malum significant hominem, & deterior erit oculus maculosus si varius.

Oculorum varietas non procedit nisi à calido eleuante vapores ad oculos, & quanto maior est varietas, tanto maior est caliditas.

Quanto maculæ sunt magis variæ, adustio est maior spiritus eleuati, vnde & morum varietates, & vitiorum caterua procedit: & ex magna varietate deterioratur iudiciũ honestum & laudabile.

Qui oculos lucentes habent, ij sunt libidinosi. refer ad gallos & coruos.

Oculi in rubore prunæ, pessimos & obstinatos arguunt: igneo enim colore bilis intensa notatur.

Qui habet oculos mediocres declinantes ad cælestem colorem vel subnigredinem, talis homo est penetrabilis intellectus, fidelis & curialis. Dicit Auicenna oculos similes antimonio.

Almansor dicit oculos meliores esse inter

inter nigros & varios, si non sint radiosi, nec rubedo aut citrinitas appareat. Oculi isti demonstrant discretionem & ingenium: ratio est, quia priuati sunt bile & melancholia adusta.

Color oculorum cælestis & niger aut charopus, præsertim vbi nõ sunt maculæ, ab humoribus humidis & temperatis sine adustione causatur: ex quo sequitur spiritus similis naturæ, & inde ingenium & speculatio. Charopum Latinè fuluũ potes interpretari, vt fuluũ aurum, fuluus leo, vel flauus luteúsve.

Varius color fit ex clariore spiritu visibili: vnde tales sunt bene nati & indagatores scientiarum.

Deteriores oculi habent maculas albas vel nigras vel rubeas vel cuiuscunque coloris: & talis homo deterior est omnibus, & mage reprobus: excipe tamen eos qui suffusione laborant, ex quibus probissimos & pios cognoui.

Oculi varij, magni & glauci, si fuerint cum guttulis rubeis maxime puluerulentis, qui color cyaneus dicitur, ac nigro corrupto assimilatur, in gyro ordinatè moti turbatum animo hominem ac vitiosum designant, verùm audacem & ingeniosum.

Per oculos non ſemper totum, ſed nigrum intellige: nigrũ enim eſt quod enarrat.

Quibus igitur nigri oculorum ſuperrubeſcunt, i j adeò iraſcibiles ſunt, vt ob iram ſtupeant & alienentur.

Obſeruauimus etiam in albo oculorum venulas oculorum ſanguine plenas rubeſcẽtesq́; , iracundos valde indicaſſe.

Cùm altera pupilla plus eſt maior, altera minor, iniquitatem ſignificant.

Guttulæ rubentes in oculis, ſed non valde, ac potius in nigredinem vergentes, ita vt intuẽtibus nigreſcere videantur, generoſi animi, iuſti, probi, & ingenioſi ſunt notulæ.

Oculi qui tanquam guttulis nitoris intus relucẽt, nitidos, compoſitos, gratioſosq́; valde notant.

Oculi guttulis rubicũdis omnino, nõ tamẽ rotundis ſed quadratis, ac vt ignis micãtibus intrinſecus & inferius, & aliæ poſt ipſas ſint pallidæ, & alię glauceſcẽtes, & circuli forinſecus pupillas claudẽtes ſint ſanguinolẽti, ſitq́; oculi magnitudo, & palpebræ & pupillæ moueãtur, ſignificant animum atrocem vltra mentis cogitationẽ, & domeſtici ſanguinis effuſorem, nefanda omnia perpetrantẽ,

&

& dolo ac versutia omnia subuertētem. Tales erant oculi Ezelini tyranni.

Huiusmodi guttulæ quanto fuerint rubicundæ & minutæ, tanto maiorem iram & scelus facinorosum testantur. Maiores quidem & obscuriores hæc nefanda minuunt, sed minime tollunt. patet hoc in notulis serpentum.

Nigræ guttæ aut sanguineæ in nigris aut fuscis pupillis, maleficum & venenarium testantur. Pallidæ guttæ, dolos, fraudes, malignitates obscuras notant.

Nota quod quanto guttularum colores sunt vehementiores, tanto sunt efficaciores.

Oculi habentes maculas albas aut nigras vel sanguineas circumquaque, notant deteriores homines, proditores nefarios & reprobos, nisi suffusio fuerit.

Sunt tamen oculi vt iris colorati, qui si sicci sunt, insaniā arguunt: si verò humidi, magnificentiam & sapientiā significant, tamen cum iracundia & venere turpi. Oculi humidi vt aqua fulgentes, hominem bonis moribus denotant.

Pupilla si nigra fuerit & claudatur ante dicta citrinitate, vel si deaurata appareat, vt dicunt medici, sanguinis fluxum præsignat per inferiora.

Oculi

Oculi magni & supercilia longa, breuem vitam notant, vt in pluribus iudicatum est.

Oculi longi cum superciliis longis, erit doctus, sed breuis vitæ.

Qui habet albedinem subnigram in oculo, significat magnum hominem in honore viuentem.

Oculi parui & rotundi, ad malum iterantes significant, dummodo sit facies obducta pallore.

Oculi valde mobiles & parui & palpitãtes, pessimum indicant, ex caliditate.

Oculi bene mobiles & acuti, signant furem: refer ad accipitres.

Venosi & sicci oculi, maniam futuram vel præsentem notant.

Obsiti caligine oculi, homines malis artibus imbutos arguunt, & infideles ac intemperantes.

Oculi prędictis contrarij, boni: videlicet perlucidi, nullo signo malo impugnati: vt erãt oculi imperatoris Hadriani, referente Polemone.

Oculi lucidi magni luminis corusciq; etiam cum glaucedine & sanguineitate, temeritatem & insaniam arguunt: si verò statum detinent mensuratum, bonum mentis habitum signant.

Oculorum mediocritas inter nigrum & varium laudatur, etiam inter alios prædictos modos, nisi multum existant radiosi, aut valde citrini vel rubei. At sanguine infecti, inconsultos, & ocyssime quæ proposuerant efficientes arguunt.

Oculi magni pellucidique nitore, iustum, docilem, prouidum & admonitorem signant, quales erant Socratis.

Oculi nimiũ præeminentes rubicundi & parui, mentem & linguam effrenatam, ac instabilem animum denunciant.

Oculi præeminentes & micantes, trementes & salientes, quos Græci pantomimos appellant, prauos, dolosos & versutos testantur.

Oculus tremulus leuitatẽ, id est animi instabilitatem significat.

Oculi trementes, glauci, sine pudore, sine fide, sine iustitia sunt.

Mensuratæ magnitudinis oculi humidi atq; perlucidi, magnanimũ & magna cogitantem ac perficientem significant: aliquãdo indicant iracundiam, vino deditum, latronem & cupidum extra modum: & tales erant oculi Alexandri.

Risiui & maximi oculi, hebetem, luxuriosum & improuidum notant.

In Scythia fœminæ Bithiæ vocatæ in oculis pupillas geminas habentes, & visu perimentes si quem fortè iratæ aspexerint: hæ sunt & in Sardinia.

Caui oculi arridentes, velut insidiis constituti reputentur: præsertim si genæ supercilia & labra vnà moueantur, infandas cogitationes ac dolos, præsertim si interdum palpebræ coeant & interdum se tangant: cogitationem nequissimam demonstrant etiam.

Et tristes oculi non sunt omnino timendi: humidorum enim in cogitatione sunt dediti, & optimarum artium denotant studia. Quod si horum supercilia & frons sint latiora cum tranquillitate conuenientes & palpebræ laudabiles, ingenium testantur fidum, benignum ac graue.

Oculi humidiusculi horrendum intuentes, in iram propensos, acres furiosos, sermone & actionibus properos, temerarios ad dicendum testantur & nequissimos. Aridi verò oculi prauos impiósque, cum huiusmodi exigui & concaui fuerint, deteriores supradictis.

Tristes oculi sed sicci cum asperitate frontis, & intensione aciei, & palpebrarum subiectione, nocentem, ferum,

nihílque inausum indicant relinquentem assignare.

Aridi oculi & tristioris intuitus, summæ beniuolentiæ hominis argumenta testantur, inquit Polemon.

Quibus ab oculis pendent tanquam lippitudines, amatores vini sunt, & caluantur, & tali dispositioni inest cerebri humiditas & lassitudo.

Quibus autem ante oculos tanquam lippitudines eminent, sunt amatores somni.

Lippitudo fit ex grosso sanguine ac melancholico humore ad palpebras affluente.

Lippitudines oculorum, inspecta dispositione, bibacem ebriúmque notāt, & quando fuerint cum demissione oculorum, somni amatorem significant.

Oculi magni tardos signant: refer ad boues.

Oculus medius inter paruum & magnum, bonus.

Oculi mediocritas bonitatem puritatémque innuit.

Oculus concauus maliciosi est: oculus eminens, fatui.

Oculi valde concaui, nulla prorsus laude digni: quos autem concauos sed

gnos videris, non vituperabis.

Oculi concaui & exigui, dolosos hominis mores testantur, ac proditorem, inuidiaq́; ac æmulatione tabescentem denotant, quiq́; maiori æmulatione flagret, incredulum & sacrilegum.

Concaui risum præ se ferentes, malum cogitantem denotant.

Oculi parum concaui, magnanimes sunt: refer ad leones. amplius verò, mãsueti: refer ad boues.

Pupilla nigra, pigrũ nũciat & hebetẽ.

Pupilla in circuitu cuius apparẽt margaritæ, hominem signat inuidũ, verbosum, timidũ, & pessimũ, inquit Rasis.

Latas pupillas, prauorum morum fore dixit Polemon.

Paruas etiam, prauorum & peruersorum. Quibus circulos qui circa pupillas sunt inæquales inspexeris, histolidi habendi sunt.

Obliqui oculi cum febre acuta, signũ sunt mortis.

Si diu oculi remãserint aperti, signũ erit stoliditatis & inuerecundiæ.

Oculi valde nigri, timidos arguunt: & nunquam fallit. Etiam ad lucrum auidos notant.

Nigri oculi ignauum moribus homi

nem, pauidum & insidum testantur. Color enim niger timorem arguit.

Oculi pallescentes, ad dolum propensos denotant.

Non valde nigri, sed ad flauum declinantes, boni animi signa sunt & fortis.

Glauci aut albi oculi, timidi signa sunt, & de albo non fallit.

Nigri oculi, splendore notabiles, prauos, dolosos, & valde maleficos testantur. qui autem nigros & leniter subridentes habuerint, in omnem turpitudinem coguntur.

Non valde glauci sed charopi, boni animi notam faciunt: refer ad leonem & aquilam.

Glaucus color est propriè noctuarum (quas ideo γλαῦκας Græci vocant) oculorum color: vulgò Italicè gazoli nuncupantur à colore picarum auium, quas gazas vocant, quæ alas eo colore variegatas habent.

Venosi oculi, maniacos testantur: refer ad capras. Venosi autem dicuntur illi oculi qui pleni sunt paruis & minutis tractibus ad modum minutarum venarum: ex quibus color oculorũ diuersificatur. Tales ergo sunt diminutę phãtasiæ quæ seruit intellectui refer ad oues.

Ignei

Ignei oculi, inuerecũdi ſunt, refer ad canes: rapaces etiam & litigioſi.

Oculi ignei ſunt, quando ad modum ignis rutilant, flammant & ſcintillant: ſunt enim accenſi ira, & ſi vnum videt, duo apparent. Auerrois in De ſenſu & ſenſato, docet cauſas. Præcipuum ſignum iracundiæ eſt naturalis rubedo in venis oculorum.

Diſcolorati oculi, timidos arguũt: refer ad paſſ. nam qui timent, pallent, & ſunt coloris inæqualis.

Oculi læti, luxuriam notant: refer ad gallos, coruos, &c.

Oculus liber & vagus, rebus illicitis ſecurè intentus indiciũ eſt animi ſoluti, & ad peccandum inhiantis.

Oculi & genæ ſuperrubentes, ebrios ſignant & amatores vini.

Oculi rubentes ſicci, animoſi ſunt, & in iram veloces.

Clauci aut turpidi oculi, timoroſos arguunt, relati ouibus & capris.

Oculi mediocres & demiſsi, verecũdos & honeſtos demonſtrant.

Oculi inſtantes, ſubrubentes, libidinoſum & voracem nunciant.

Oculi ſtãtes, breues, vel parui & pro minuli, auarum, lucrorum vehementer

cupidum, appetentemq; declarāt. Si autem etiam frontem cum superciliis ad medium contrahat, multo est auarior, ac lucrorum studiosior.

Lupus animal est rapax, iracundum, insidiosum, audax, violentum. Qui ad huius animalis speciem referuntur homines, ita erunt: naribus obuncis, deorsum detractis, supercilliis coniunctis, hispidis, oculis paruuis, clausis, subcauis, capite paruo, rotundo, hispido corpore, protensis capillis, reductis ac restrictis cruribus. huiusmodi homines callidi, impij, gaudentes sanguine, ad racundiam faciles.

Faciei & vultus iudicium. *Cap.* X.

FAcies eorum qui bene nati sunt talis est, scilicet mediocris ingenis & temporibus, vergens ad pinguedinem. talis est verax, amans, intelligens.

Cùm Iacob ex facie Laban eius in se odium deprehenderet, ad vxores suas conuersus dixit: Cognoui ex facie patris vestri, non esse amplius in me qualis heri fuerat. Nam vultus, sermo quidam tacitus mentis est.

Faciei lætificatio est ex læto corde, & econtra.

Facies sæpe capitur & simpliciter de naturali aspectu, vultus verò de qualitatibus animorum. Deformis aspectus est raræ felicitatis.

Facies quibus carnosa, rachymi sunt, id est faciliter concupiscibiles: refer ad boues.

Quibus facies natura rubra est, ij & verecundi, & hilares sunt, quibus pallida, ij sunt natura timidi.

Macilenta facies, arguit solicitos: & aliquando proditorem.

Carnosa facies, timidos notat: refer ad ceruos & asinos. Timiditas soror est tenacitatis.

Magna facies tardos signat. sunt enim irregulatæ materiæ phlegmaticæ: vt boues asiniq;.

Valde ossosa facies, laboriosos, pauidos, ac frigidæ naturę homines indicat.

Forma media, nec magna, nec parua, vtique conueniens.

Paruifica facies, illiberales notat.

Carnosa valde, pigriciē, stultitiā, & grande desiderium: ideo vana desiderat & impossibilia: & tales sunt creduli, studentq; in contendendo, bibendo & luxuriando, si alia correspondentia fuerint annexa, scilicet magnitudo duo-

rum ventrium.

Carnosus in facie, est minus sapiens, importunus & mendax atque vorax.

Gracilis facies facit circumspectũ in operibus, & arguit intellectum penetrantem.

Equi & homines quorum facies rugosa est, ex decrepitis parẽtibus sunt nati. Vis enim cordis vbi hebetata est, cutim contrahit. estq; indicium debilium mẽbrorum principalium.

Subtilis facies notat hominẽ multarum cogitationum.

Faciem habens vt ebriosi, facile inebriatur & ebrius est.

Modestam & verecundam habẽs, pares habet mores.

Iracunda facies iracundiam denotat: & sic de aliis.

Rotunda, stultitiam notat. Magna valde, pigriciem.

Parua valde, malum, callidum, adulatorem, illiberalem & timidum signat.

Deformis facies rarò arguit bonos mores. Distortum vultum sequitur distantia morum.

Longa, inuerecundum, iniuriosum, scilicet ex caliditate.

Inflata tempora venis & arteriis magnis,

gnis, iracundiam & irascibilitatem assignant.

Carnosa si squalida est, significat timidum & amentem.

Grossa cum maxillis amplis & rusticosa, hebentem rudemq; naturã signat.

Facies per se rubicũda, asperos & truces hominis mores testatur: si verò malæ tantummodo huiusmodi colore inficiẽtur, ebriosum hominem indicato.

Parua colore croceo, vitiosum, deceptorem, ebriosum signat. & hoc persæpe annotatum.

In homine facies manet, vultus mutatur: nam à volendo dicitur.

Trux vultus ex conditione labiorũ, genarum, frõtis & rictus, stultum & insanientem.

Lætus & arridens vultus, iucundum arguit & libidinosum.

Tristis vultus denotat tristitiã. deductus, cogitatorem, subdolum, timidum, astutumq; adseuerat.

Sudans sæpe facies etiã facili motu, caliditatem notat, luxuriam, gulam, ac magnam comestionẽ, & inde inconcoctionem ac futuras ægritudines.

Vallata facies plus macra quàm pinguis, iniuriosum, liuidum, mẽdacem, ri

xosum, crudelem, homicidam, præsertim si adusto sit colore, vel liuido vel croceo.

Facies bene disposita carne, colore & suis connexis, vitam laudabilem arguit, & virtutum copiam. Omnis vultus, cùm est plenus & crassus, ignauum significat, & voluptatibus deditum.

Concaua facies à principio frontis vsque ad finem menti, vt sit nasus & os in valle, malos mores arguit, præsertim cum liuido & adusto colore. Vidimus istos esse interfectores, loquaces, prædones, fures.

Multos ego vidi propinquos infortunio, quorũ aspectus celabãt infortunium prius, demũ ad id deformes facti fuerunt, videlicet facies eorum facta est turpis plus solito, cõtractis ciliis, obliquatis oculis, & id genus effectibus variis.

Caue ne decipiaris iudicio in leprosis, quia rotũdantur oculi & eminẽt venæ.

Vultus paruus, paruum & angustum ingenium: enormis, stultitiæ & ignauiæ testatur.

Nasi nariumq; iudicium. Cap. XI.

HAec pars præ cæteris, hominis faciẽ formosam deformémque maximè

ximè reddit.

Nasus porrectus vsq; ad os cũ decẽti magnitudine, cartilaginem & carnositatem arguit ex calida complexione, & est signum probitatis & audaciæ.

Nares magnæ & amplæ, magnos arguunt testiculos, & hominem luxuriosum, proditorem, falsum, audacem, mendacem, inuidum, cupidum, tenacẽ, & parum timidum, ac grossi ingenij.

Nasus cõplexionẽ cordis arguit, & ex magno naso irascibilitas assignatur.

Nasus magnus & paruus, arguis verẽda maris & mulieris qualia sint. Veretrum magnum est ex grossa materia & calido intenso.

Pes tamẽ mulieris est signum vuluæ.

Pes longus, strictus & macer, eandem vuluam arguit, & econtra.

Mensura medij pedis nudi, est mensura longitudis vuluæ, in quacunque.

Labia quoq; grossa, grossam pelẽ vel labium vuluæ grossum testantur, & ecõtra. Et præsertim in virgine.

Nares sunt nasi latiores partes, vbi respirandi foramina videntur. Grecè ῥῖνες à ῥέω, quod fluere denotat: nam humor à cerebro per ipsos defluit.

Nares nasi, signãt testiculos, hoc modo:

do: grossæ & latæ, signãt grossos & la-
tos: subtiles verò, strictos & paruos. Vn
de regula nõ fallit nisi per accidens, vt
puta per ægritudines, & per tractatiões
operatio enim auget membrum. Ita in
pluribus dextera est maior sinistra, quia
frequentius venit in opus.

Aquilinus nasus est magnanimitatis
nota, similiter crudelitatis, rapacitatis
& audaciæ: hoc à calido est, inde irasci
biles, & vindicatiui, & facientes illicita.

Aquilinus nasus in corpore valde cho
lerico, id est citrino seu liuido adusto
deterior est.

Aquilinus verò in corpore sanguineo
vel huiusmodi tendente ad cholerã, nõ
ita malus.

Aquilinus articulatus in frõte, signat
magnanimos, refer ad aquilã. Articula-
tus in frõte intelligitur, quòd habeat e-
minentiã versus frontẽ: Dicuntur tales
esse rapaces. fit à calido & sicco, signat
irascibiles, impetuosos, cholericos.

Simus nasus, impetuosos & luxurio-
sos arguit, pusillanimes tamen, quia à
phlegmate & humido.

Qui breui naso ac simo sunt, fures &
lasciuos indicato.

Nasus curtus, os paruum, dentes cur-

ti & grossi, sunt ab humido & frigido.

Nasi acuitas, collũ longum, epiglottis, & vox acuta & pulchra, sunt temperaturæ cholericæ.

Nasus latus in medio ad summũ declinans, verbosum, mendacem, irascibilemq; significat: & tales notaui esse cũ excellentia vitiorum, præsertim circa mendacia.

Nasus in extremitate acutus, mendacis est nota, litis & iracundiæ signũ. Est enim à cholera.

Nasus extremus grossus rachimos notat, id est concupiscentes & abiectos: refer ad boues. Tales præsertim in re venerea concupiscunt quicquid vident: sunt etiam irascibiles.

Nares latæ luxuriosum annotant.

Nasus in extremitate grossus, insensibiles, inuerecũdos, indisciplinabiles denotat, vel segnes: refer ad boues.

Nasus in extremo acutus, irascibiles notat: refer ad canes.

Qui naso plus nimium breui fuerit præditus, accusatorem esse, ac delatorem censeas.

Valde retortus nasus, magna ex parte tum mores tum mentis propositum retortum peruersumq; denotat.

Na

Nasus obtusus rotūdus in extremo, magnanimi signum est, refer ad leones.

Nasus in extremo subtilis auicularis, par rostro auium, festinos, leues & stultos arguit. idem longus & subtilis.

Nasus à fronte in os curuus & ductus, facit inuerecundos & etiam fures refer ad coruos.

Nasus concauus cum fronte rotunda sursum eminente, luxuriosos notat: vt galli. grandis nasus, probi indicium.

Nasus in extremo grossus fœda grossicie, insēsibiles significat: refer ad sues.

Nasus in superiore depressus, animi imbecilitatem & stultitiam signat: estq; signum fœmineæ leuitatis.

Curuæ nares, quas Græci γρύπας vocant, magnanimis attribuuntur.

Aduncus nasus, præclara mēte & ingenio præditum indicat.

Nasus declinans in partes hominis laterales, si ad vnam tantū positionis partem declinat, à cingulo versus partem extremalem, læsionem notat. Si verò fuerit diuisus, in vtraque parte positionis, ægritudinem siue percussionem ostendit: & hoc vel à causa primitiua vel antecedente.

Nasus in origine sua propè simus, li-

be

beralem oſtendit: vt leo.

Naſus rubeus cum baſi atq; foramine & latitudine trahens ad tumefactionem ad modum fragorum, vinolentiam & ebrietatem oſtendit: & tales vt plurimũ ſunt humidi luxurioſiq;, maxime ſi tale ſignum in corporibus paruæ dimenſionis reperiatur. & hoc notum fuit experientia.

Nares apertæ iracundos ſignant, & quanto magis apertæ ſunt, tanto maiorem iracundiam notant.

Obſtructas nares habentes, fatui cenſendi ſunt.

Tenues & valde apertæ nares, ferocitatem & mentem indignatam ſignant.

Tenues & longæ nares, mobilitatis & leuitatis dant ſignum.

Tenues & acutæ, querulum.

Narium pars admixta frõti, & à fronte depoſita honeſte & ſeiuncta compoſitione bona, vt neq; alta neque humilis ſit, & aliqua linea deſcendat, virilitatem indicat & conſtantiam, & prudentiam notat.

Nares in altitudine directè eleuatæ & cõtinuæ, intemperamentũ ſignant: & hæ ſunt q̃ in extremitate interiori cartilaginis eleuantur ad lineam, & deſcẽ-

dũt ad nasum. Cùm directæ sunt, linguæ intemperantiam produnt.

Nares maiores, simpliciter minoribus sunt meliores.

Nares minores naturaliter seruilibus ingeniis, & furibus, & tergiuersatoribus adscribuntur.

Patulæ nares, alacritatis & fortitudinis indicium produnt.

Nares perangustæ, obtusæ, rotundæ, cõclusæ, stultitiam proclamant.

Narium amplitudo, & in maxillis carnium multitudo & paucitas pilorum in genis, humidam complexionem significat.

Valde obtusæ nares, insipidos arguunt. Paruæ, mentem peruersam demonstrant.

Pili qui intra nares hominis nascuntur, si quãdo dẽsi & multi & crassi sunt, immobilẽ animũ & durum ostendunt. Si pauci & molles, facilem ac docilem animum nũciant. vipressi dicũtur, quòd cùm euellantur, vibretur caput.

Aurium indicium. Cap. XII.

AVres magnæ generantur ex multa materia à virtute forti: & tales habentes, frequentius sunt collo breui & satis

ſatis formoſo, & ſanguinei tẽdentes ad choleram ex groſſo ſanguine aliqualiter aduſto, & hoc frequẽtius: & ſunt impatientes, & cito iraſcuntur.

Magnæ aures & erectæ vltra modum, indicant ſtultitiam & loquacitatem.

Magnæ aures aſininæ ſunt, cum ſtoliditate & tarditate intellectus.

Magnæ aures, ſtolidum, & longæ vitę hominem notant vt plurimum.

Magnæ & deorſum flexæ, diuitias arguunt.

Subtiles & ſiccæ aures, arguunt quòd habentes non habebunt bonum, & notant magnam inſtabilitatem.

Auriculæ magnæ fatuos indicant, tamen bonæ intentionis & memoriæ.

Valde paruæ aures, ſtolidos, latrones, & luxurioſos indicant: refer ad ſimias.

Paruæ aures ſimiales ſunt, cum malignitate & dolo.

Valde paruæ aures ſunt ex parua materia cholerica & virtute imbecilli cerebri, inde ſubtilis ſpiritus, ideo ſignant ingenium in operibus malis, fures, & omnia deſiderantes, &c.

Anguſtæ & oblongæ aures, ſignũ inuidiæ. Aures oblongæ, inuidum.

Paruæ aures, paruam dant vitam.

Rotundæ nimium aures, indocilem arguunt.

Aures excauatæ, prudentem denotant virum.

Mediocres aures habent notam morum optimorum: vt quadratæ.

Optimæ & moderatæ aures, ad moré canis, fideles arguunt & bonos, irascibiles tamen si irritentur.

Equinæ aures, principatum & dominium testantur, saltem futurum.

Si prima pulpa aurium iungitur cum carne faucis, id est mandibulæ, stultũ & vanum notat.

Flexibiles aures ostendunt proportionem calidi & humidi.

Erectæ & cartilaginosæ aures, ostendunt siccitatis dominium.

Aures proeminentes valde magnæ, auiditatem, stoliditatem, garrulitatem & imprudentiam notant.

Aures semicirculares, mediocres, connexæ lineæ, & in medio aliquantulum compressæ versus centrum, capiti adhærentes, mediocriter pilosæ, bonitatem præstant naturæ.

Aures iacentes super caput applicatæ, hebetes & segnes notant.

Aures latentes, & capiti recto modo fixæ,

fixæ, pigriciam indicant.

Pilosæ aures, longam vitam aſsignãt, & bonum auditum.

Aures inter has ſpecies mediocres bonæ ſunt, & bonitatis ſignum.

Pili qui intra aures ſunt, ſi plures ſunt & ſpiſsi & longi, multum calidum, animũq; libidinis appetentem indicãt.

Maxillarũ ſiue genarũ iudicium. Cap. XIII.

MAlæ ſunt eminentes ſub oculis partes: maxillæ per diminutiuum à malis.

Mandibulæ ſunt maxillarum partes, ex quibus barba.

Maxillæ accipiuntur ſæpe pro mandibulis.

Maxillæ potiſsimum oſtendunt hominis complexionem.

Maxillæ, id eſt mandibulæ eminẽtes ex parte ſuperiori oris cum longitudine maxillarum ex parte compoſitionis, malicioſos aſsignant, præſertim in illicitis ac incongruis: & aſsimilantur ex parte maxillarum bubus & aſinis.

Maxillæ curtæ & eminentes ex parte ſuperiori oris, maliciam, detractionem, violentiam, inuidiam aſsignant, præſertim quando ibi non eſt pręſentia carnis.

Maxillæ rubicundæ cum temperamento albedinis non nimis crassæ, sed mediocriter carnosæ, calidæ & humidæ complexionis cum temperamento donant iudicium.

Maxillæ substantia macilentæ & tenues, colore fuscę aut citrinæ, cõplexionem calidam & siccam demonstrant.

Maxillæ quasi liuidæ cum substãtia à carnibus depurgata, significant excessum siccitatis & frigiditatis, vt patet in melancholico.

Maxillarum caro grossa, naturam testatur grossam, ignauiam & vinolentiã: interdum & violentiam.

Maxillæ nimium tenues, malignitatẽ argunt. Lenes malæ & prolixæ, importunam loquacitatem designant.

Malæ oblongæ, nugacis hominis, & vana loquentis signa sunt.

Genæ sic dictæ, quòd in iis dentes piliq; gignantur.

Genæ plenæ cum temporibus inflatis dant signum iracundiæ vehementis.

Genæ paruæ situatæ vt ab oculis conspiciantur abscissæ, plenitudinem humorum grauantium arguunt.

Rotunditas genarũ ostẽdit inuidiam & mores dolosos.

Crassarum genarum, ignaui & vinolenti sunt.

Genæ leues male dispositæ, prolixam linguam, importunitatem & loquacitatem arguunt.

Genæ supererubescentes, & ebrios, vini amatores assignant.

Oris natura, & menti. Cap. XIIII.

QVi ridet facillimè, homo est simplex, vanus, credidus, instabilis, nõ secretus, crassiq; ingenij. Qui autem rarò & breuiter, stabilis, tenax, sagax, secretus, clariq; intellectus censetur.

Qui dure ad ridendum mouetur, sapiens, sui sensus, sagax, patiens, tenax, studiosus suæ artis, & iracũdus habetur.

Os latũ, bellicosos assignat: & est à calido, vnde magna membra procedunt.

Exiguum os, fœmineæ est naturę.

Os magnum, latum, iram, audaciã & prœliũ arguit: & tales etiam sunt gulosi.

Os dilatatum vltra mensuram ac si recisum esset & diductum, voracem, immitem, impium, bellicosum, crudelem assignat: belluis marinis comparatum. Sunt etiam tales multi sermonis, iactatores, garruli, inuidi, mendaces & valde insipientes.

Os cum parua clausura & apertione, timidum, pacificum, infidelem tamē assignat.

Os longè prominens & rotundum cū spissitudine labiorum, & quæ sunt sursum exterius retracta habuerit, porcis comparatur: & significat immundum, stultum, ferocem.

Os in situ quantitatem habens cum paruis labiis & parua clausura & oculis risiuis cum residuo faciei, libidinosum, cynædum, mendacemq; significat.

Exiguū os exterius prominēs, prauos hominis mores, & proditores indicat.

Os in loquendo cum torquetur, ex catharrali vitio infestatur: vt expertū est.

Mentum cum prolixū est, minus iracundum, & minus perturbatis moribus esse manifestat: aliquando tamen loquacem, aliquando sui iactantem ostendit.

Qui paruum habent mentum, vitandi sunt: nam præter cætera immites, insidiosi sunt, referuntur ad serpentes.

Si in rotundum desinat mentum, muliebres mores indicat. nam & signū fœmininum est. Virile autem mentum propè quadratum esse debet.

Qui menti figurā decentis magnitudinis sortietur, ad venerea propensum esse

esse & gratias sibi arridere iudicato. Debet autem mentum esse non nimis rotundum nec acutum, sed mediocre.

Qui nimium protensum mentum habuerint, nequissimi homines, atq; importuna loquentes, susurratoresq́, sunt.

Mentum in extrema parte diuisum, sic vt bifidam exprimat formam, si talis figura immodica appareat, dolosis moribus adscribenda est.

Amplum & crassum cũ carne multa, hominem significat pacificum, legalem, facilem, & crassi ingenij.

Acutũ & conuenieñter carnosum, boni intellectus, alti cordis & satis laudabilis naturæ est.

Acutum & sine carne, hominem audacem, bellicosum, indignabundum debilémque signat.

Labiorum iudicium. *Cap. XV.*

Labia facta sunt ex carne molli, motu bono propter loquelam. Labium superius, inferius labrum: multi dicunt labia hominum, labra mulierum: confunduntur tamen hæc.

Magna labia sunt stultorũ & hebetũ.

Labiorum color rubeus versus aperturam oris, est propter multas venas ibi adductas.

Labiorum naturalis color in extremitatibus est rubicūdus, propter cutis subtilitatem, & signatur puritas complexionis, & impermixtionis turbati sanguinis in forti virtute.

Liuiditas labiorū significat cōtrariū, deficit enim virtus sanguinis & naturalis calor, talia habentes labia ægrotant.

Labium inferius laxum valde rubicūdum, in fœmina maximam libidinem & impudicitiam arguit: & hoc in pluribus annotaui. in pueris significat catamitos vel futuros, præsertim si vultus & oculi eorum sunt risiui.

Laxa labia, lunam habent planetam.

Magna labia multam arguunt materiā attractā caliditate: & crassicies arguit humores crassos & spiritus, ex quibus sequitur hebetudo ingenij.

Si erecta sunt atq; spissa, id est firma & compacta, Mars eorum planeta est: pariter quando os est magnum.

Labia blanda, parumper ridentia, lætis vultibus contingentia, libidinem arguunt. aliqui tamen sunt etiam deceptores, fures, dolosi.

Homo cuius labia intrinsecus non rubent, ægrotat, vel cito ægrotabit.

Labia oris valde crassa, laxa vel nimiū

reuolu

reuoluta foris, simplicem notant & cito ridentem, grossiq; ingenij: asinis cõparatur, & phlegma prædominatur.

Subtilia labia laxa in extremitatibus, demissáue, ita quòd superius labium ad inferius portendatur ad coniunctionem labiorum referunt magnanimitatem: refer ad leones: hoc etiam videbis in fortibus canibus.

Subtilia & dura labia circa dentes caninos eminentia, arguunt intellectum belluinum & indocilitatem.

Inferius labium superiore maius, stolidos notat.

Inferius labium ad caninos dẽtes intumescens, veneno plenos indicat.

Labia grossa superius, ad inferiora ꝓpendẽtia, fatuos arguũt: refer ad asinos.

Labium superius proeminens gingiuis, amatores contumeliarum argui, & versantes in litibus & controuersiis: refer ad canes.

Parua labia & subtilia, & paruum os, imbecillitatem animi & versutiam testantur.

Optimus labiorum & oris status est, quando non nimis humidus: nam humiditas oris & labiorum timiditatem & malignitatem arguit.

Labio

Labiorũ præeminentia, ſtoliditatem, loquacitatem, & audaciam teſtantur.

Labia conuenienter, id eſt non multum ſubtilia, & aliqualiter foris retorta, ſecretum, ſagacem, iracundum, & multi ingenij hominem ſignant.

Labia cum gingiuis ſuper dentes præeminentia, maledicum, clamoſum, iracundum, & ad iniurias inclinatum indicant, refer ad canes.

Labia bene colorata, plus ſubtilia quàm groſſa, hominem bene conditionatũ & cito cõuertibilem in vtrumque, ſed potius ad virtutes, ibi Iupiter eſt.

Labia non bene æquata, vt vnum ſit maius altero, plus ſimplicem quàm ſapientem & variæ fortunæ atteſtantur hominem.

Labia ſuperiora parua, aliquantulum eleuata, verboſum notant, inuidum valde & accuſatorem.

Labia ſuperius eleuata, inferius verò ſubmiſſa, teſtantur vitæ miſeriam & mores indebitos.

Labia ſuperius ſubtilia & euerſa decliuia, furem & deceptorem notant.

Labia nõ iudicentur de Aethiopibus, niſi ab his qui inter Aethiopes verſati ſunt, & eorum qualitates annotauerint.

De

DEntes canini si longi sunt & firmi, ad exteriora expositi, gulosum, irascibilem & malum arguunt, similiter & lasciuum: refer ad apros & canes. Cognoui istos esse maximos lurcones, bibaces, deceptores, lenones, homicidas: præsertim si aliqua est correspondentia portionum.

Dentes debiles rari & minuti, totum corpus debile arguunt, ac vitæ debilitatem ac breuitatem, & econtra.

Sonus à dentibus factus, maniam denotat: quod interdum infantibus dormientibus accidit, cum indicio lumbricorum.

Crassi latíque dentes siue intus siue foris declinent, signant hominem vanum, lasciuum, simplicem: & ingenium bonum arguunt. alij dicunt arguere spiritus crassos, ab humoribus crassis.

Dentes siccissimi omnino humiditate priuati, aridíque omnino, in ægroto mortem notant, in sano futuram & citam ægrotationẽ: ostenditur enim humidum radicale consumptum, & corpora eorum sunt sicut lucerna sine oleo.

Dentes rheumate pleni, signant vitium

tium capitis aut ſtomachi communitate capitis & pulmonis, cauſantium corizam, branchum, tuſsim, ſynanchiam, & apoſtemata faucium.

Animalia habentia dentes ſerratos bibunt lambendo: habentia verò continuos bibunt ſorbendo.

De lingua. *Cap.* XVII.

Lingua ad inferius conuerſa traulizãs aut balbizans, diarrhœam ventris arguit: vt habet Hippocrates trigeſimo-ſecundo Aphor. ſextæ ſect.

Lingua ad ſapores percipiendos & literas ac voces proferendas facta eſt.

Diarrhœi fiunt blæſi aut balbi propter materiam deſcendentem à capite, quæ etiam ingreditur ſpongioſitatem linguæ ac lacertos. Vnde incraſſatur, dilatatur & abbreuiatur: ideo traulizant, id eſt balbutiunt: alij etiam à natura fiunt, de quibus Aetius.

Lingua anterius lata, non recte profert S literam, & blæſos facit.

Lingua poſterius ligata, non bene profert R vel T.

Qui male proferunt R, βαυλοὶ vocantur vel blæſi, & loco eius vtuntur L. Aetius Ancylogloſſos vocat libro octauo, capite trigeſimoſexto.

Qui

Qui male proferunt S, Syali dicuntur, & vice illius ponunt C.

Blæsi sępe timent vinum & inebriantur: inde est quòd ebrij balbutiunt, & male proferunt trentatri.

Quando commensuratæ cum longitudinis, tum latitudinis est, & in anteriori extremitate subtilis, loquendi gratiam habet.

Linguæ grauitas in iuuentute, signat post leuitatem eius subitam mortem.

Crassa & lata lingua, arguit ingenium rude, & humores phlegmaticos.

Traulizans & anteriorem syllabam repetens, paratur ad melancholiam.

Lingua motu contacta veloci, & corruptione verborum repetentiam caussans, stultum, impetuosum & iracundum notat, propter mobilitatem spirituum & caliditatem festinantem prolationem absque consideratione.

Lingua cùm velut lapis fuerit penè immobilis, pigriciem notat.

Lingua subtilis, ingeniũ notat subtile, & aliquãdo biliosam temperaturam.

Lingua longa rubea, sapientis indiciũ est: denũciat enim laudabiles humores.

Lingua alba paupertatem & miseriam testatur, vt Ptolemæus ait.

Lingua innaturali colore infecta, discrasiam & malam dispositionem notat, præsertim ventris & pectoris. Hæc Conciliator.

Lingua longa crassa & rotunda ita vt cum ipsa possit quis nasum abstergere, bouinam arguit naturam.

Lingua imbibita humoribus quibusdam, corrumpit gustum.

Balbi seu Blæsi omnes, elati, superbi & corpore rigidi: Græci βαυλὰς vocant.

De voce. *Cap.* XVIII.

QVi tardum & grauem vocis edunt sonum, tranquilli sunt, affabiles, & iocundi, horum & iusti mores sunt.

Grauis & distensa vox, fortem notat. nam à copia caloris fit, intelligo vocem grossam quasi tubalem.

Grauis, sed corruptę admodum vocis sonus, dementis, iniuriosi, & gulonis indicium est.

Fortitudo vocis sequitur largitatem venarum & spirituum multitudinem, quæ omnia fiunt à calido.

Valde magnæ vocis homines, grauiter vociferantes, apti sunt ferre iniurias: referuntur ad asinos.

Vocantes grauiter magnum nõ perplexum,

plexum, fortes: refer ad fortes canes.

Qui à graui incipientes, finiunt in acutum sonum, ij iracundi sunt & simul lamentabundi: referuntur ad boues ita clamantes: vt infrà.

Vocem grossam & sonoram habens, est bellicosus & eloquens.

Acuta & remissa vox, timidum & inuidum signat: per remissam intelligo gracilem vel debilem, non crassam.

Acuta mollis & rupta, timiditaté notat muliebrem: estq; effœminati.

Acuta & fortis iracundos arguit: refer ad capras.

Tarda vox, inertem, præcipitem, impudentem declarat.

Debilis vox signat stricturas arteriarum & paucitatem spirituum: quæ fiunt à frigido.

Mollis sine tensione vox, mansuetos notat: refer ad oues. nam referēda etiam vox, sicut cætera, ad similitudinem animalium.

Anteuocantes, id est incipientes in grauem, & finientes in acutam, iracundi sunt, & asperis moribus.

Vox mediocris in sonoritate & grossicie, sapientem, prouidum, veracem & iustum ostendit. Quorum sonus ingra-

nus est, stultitiam indicat.

Cuiuscunque vocis sonus breuis est, desidem pauidúmque censebis.

Velox in verbis, præcipue si sit vocis gracilis, improbus, stolidus, importunus & mendax est. Si verò vox fuerit crassa, erit iracundus & malæ naturæ.

Dulcem habens vocem, inuidus est & suspiciosus.

Qui mouetur frequenter, & loquitur motu manuum, est immundus, eloquẽs, & deceptor. Qui verò est abstinens à motu manuum, hic est perfecti intellectus, bonæ dispositionis, & sani consilij.

Quorum vox incurrit in nares, ita vt resonent nares, mendaces, maleuoli, inuidíque sunt.

Gentium vniuersalis cognitio. *Cap. XIX.*

GEntium & nationum mores vt plurimum tales sunt. Aegyptij sunt callidi, dociles, leues, temerarij, in Venerem proni, auari. Thraces autem sunt iniqui, pigri, temulenti. Celtæ vt plurimum indociles, fortes, feri. Nam quemadmodum regiones non sunt similes, sic nec hominum mores: nam (vt Maternus inquit) Scythæ crudeles sunt, Itali regali nobilitate præfulgidi, Galli stolidi & inconsulti (quamuis, inuito Materno, nonnul

nonnulli etiam ſapientes & conſultiſsimi ſunt, præſertim qui Euangelium bene nouerunt: ſed maior pars vincit meliorem.) Græci leues. Afri ſubdoli. Syri auari. Siculi acuti. Aſiani Venerei, ac ſemper voluptatibus occupati. Hiſpani elata iactantiæ animoſitate præpoſiti. Aegyptij ſapientes. Babilonij prudentes, &c. Alia differentia ſumi poteſt reſpectu quatuor mundi partium, vt habet Ptolemæus libro ſecundo De iudiciis capite ſecundo. Aliud diſcrimen à natura loci ſumitur, vt ab Hippocrate colligi poteſt in libello De aere & aquis: nam campeſtres ſunt molliores, mitiores, & minus robuſti habitatoribus mõtium, magiſque diuites & compti artiúmque cultores. Terra item arenoſa facit robuſtiores homines, ſanos & induſtrioſos: argillacea verò opulentiores, ſed infirmiores: vbi verò opulentia, ibi mores ſunt manſuetiores, & cultus artium viget propter præmia, & omnia ſunt magis ornata. Differétia eſt & à ſitu quo ad montes: ſi enim montes ſunt à parte orientis & ſeptemtrionis, erunt morboſi, imbecilles & effœminati: ſi verò regio ab his partibus patuerit, mõtes autẽ ſint ab occiden

te & meridie, erunt incolumes, viribus firmi, armis dediti, feroces, artium minutarum contemptores. Possem & alias differentias respectu aquarum adducere, quæ parum etiã doctus ex se potest excogitare ac scire, ne hic ego frustra sim longior. Qui mari vicini sunt, ferè omnes sunt mercatores, aliquãdo piratæ, magis longæui & magis firmi, periti natãdi & nauigandi. Rursus in planicie magis sunt equites, in montibus agiliores & firmiores. In regionibus frigidis & humidis sunt magna corpora, etiam brutorũ: in frigidis & siccis exigua. Ex his deduci possent & alia magis particularia. Possunt ex astrorũ etiã natura de his coniecturæ sumi: exẽpli gratia, Britannia, Gallia Braccata siue Narbonẽsis, Germania, Bastarnæ (populi Europæ latè patẽtes) propriè subsunt arieti & marti: itaq; harũ incolæ sunt cõmuniter feroces, peruicaces, truces. at Italia, Apulia, Gallia togata siue Cisalpina Lõbardia dicta, Sicilia, leoni subiectæ sunt & soli: pręstãtię, benignitati, amicitięq; studẽt. Tyrrheni vero, q & Hetrusci vel Tusci dicũtur, Celtę siue Celtiberi, Hispaniq; sagittario & Ioui: libertatis, simplicitatis, & mũdicię sunt amatores. Maritima

mino

minoris Asiæ loca, Cyclades insulæ, ac Cyprus, tauro ac Veneri: ideoq; fermè voluptatibus, mundiciæ, corporiq; seruiũt. At Græci, Achiui, Cretẽses, subditi virgini & Mercurio: ingeniosiores, doctiores, & animorum cultores euaserunt. Macedones autem. Thraces & Illyrij cum subiiciantur Capricorno & Saturno: in re quidem paranda non inertes, sed à mansuetudine morum & coniũctionibus alieni. Parthia, Media, Persia, Ioui ac Veneri: qua de re harum regionum incolæ florido vestitu vtũtur, seq; totos illo præter pectora operiũt, delicatoq; victui ac mundiciæ dãt operam. Virginis & Mercurij est Babylon, Mesopotamia, Assyrij: quibus ideo & eximia mathematicarum disciplinarum cognitio & obseruatio siderum contigit. Saturno verò cedit propriè India, Ariana, Gedrosia: habentq; eam ob rem cultores informes, fœdos, immanes. Cœlesyria, Iudæa, Idumea, magis scorpionis & arietis Martisq; propria: ob eã rem incolas habent ferè audaces, impios, insidiosos. Phœnices, Chaldæi, sub leone & sole sunt: quod simplices, humanos, siderum obseruatores, solisq; in primis veneratores reddit. Arabia felix

ſubeſt ſagittario & Ioui:vnde extitit illa conſentanea appellationi feracitas & aromatum copia, hominúmque dexteritas & liberalitas vitæ, contractuum, negociorum. Hyrcani, Armeni, Matiani propriè referuntur ad geminos & Mercurium: itaque & ſunt nobiliores ac ſubimprobi. Bactrianæ gentes & Caſpiæ vnà cũ Scythis libræ parent & Veneri: ideoq; diuitias cõgerunt, muſicæ, deliciiſque indulgent. At Sauromatica, Oxianæ vel Oxolæ, Sogdianæ, ſubiiciuntur aquario & Saturno: habéntque homines immanes, tetricos, feros. Phryges, Bithyni, Colci pertinent magis ad cancrum & lunam: quo fit vt viri ferè leues ſint, morigeriq; mulieribus. Qui Syriam tenent & Comagené, & Cappadociam, ſubduntur ſcorpioni & Marti: itaq; multum audẽt, improbi ſunt, inſidioſi, laborioſi. At Lydi, Cilices, Pamphylij, cedunt piſcibus & Ioui: ſuntq; in re paranda attentiores, cõmercia & mercaturas faciũt, liberales, faciles in cõtractibus. Numidę, Carthaginẽſes, Afri debentur cancro & lunæ: & hac de cauſa à coniunctionibus commerciiſq; nõ alieni ſunt, inq; omnium rerũ affluẽtia degunt. Qui incolũt Metagonitida, Mau-

rita

ritaniam, Getuliã, ſcorpio Martiq; obe diũt: immanes, bellicoſi, carniuori, diſcriminibus obuij, neglectores vitæ, inq; ſeſe mutuo inuadãtes. Phixani, Naſamones, Garamãtes, ſubiecti piſcibus & Ioui: liberalibus & ſimplicibus ſunt moribus, opus faciũt, cõſiliis valẽt, ſordiũ regniq; fugiẽtes: propter Ioue͂ Ammonis, id eſt Iouis in forma arietis veneratores. Cærenarũ, Marmaricæ, in primiſq; inferioris Aegypti incolæ adſcribuntur propriè Geminis & Mercurio: ideoq; ſunt cogitãtes, prudẽtes, intelligẽtes rerũ omniũ, ſed maxime ſapiẽtię & diuinitatis, magi, arcanorũ initiorũ inſtitutores, in mathematicis planè excellentes. Qui Thebaida tenẽt. Oaſsim Aegyti ciuitate͂. Troglodyticen, libræ ſunt ac veneris: vnde calida natura eſt illorũ, & mobilis, & in abũdãtia degunt. Arabes, Azani, Medi, Aethiopes dãtur aquario & Saturno: ſuntq; carniuori & piſciuori & paſtores, agreſte͂ & feris ſimilem degunt vitam. Cor ſcorpij nunc afficit Hiſpaniam & Celticã Galliam, vbi eſt Lutetia & Normãni & Neuſtrij, & quos vocãt Britannos Galliæ: fecitq; rapaces ac ſubdolos, qui alioquin antiquo te͂pore erant boni ſocij, quia erant

sub sagitario. Sed qui de his plura cognoscere optat, videat apud astronomos, præcipuè Ptolemæum in secundo libro De iudiciis, & Cardani commētaria, Rursus Hispania mediocres circa robur homines gignit: sed circa rerū agibilium copiam cæteras orbis gētes facile superāt. Et plurimi inter eos sunt, qui & iactu & pernicitate nō vnico sed pluribus in modis maxime excellent.

In Lusitania, quę Portugallia dicitur, homines melācholicos sanguineos magna ex parte nasci cōpertū est: eorū plurimi satis amplis viribus abundāt, quāuis ingenij perspicacitate nō præstent.

Siculi cholerici melancholici sunt, quorum patria homines & corpore & robore bono procreare solita est. Palæstram exercent, & leues sunt in giris peragendis.

In Italia, magna ex parte debiles sunt. Nonnulli ex iis (quāquā rarissimi) plurimo robore præstant, & imitando potius quàm inueniendo, præstare sunt soliti: inter proceres & mediocres staturâ & craciles sunt.

Germania multos phlegmaticos gignit: qui suæ cōplexionis naturā aperte ostēdunt, quos post phlegma chole-

ra magna in parte cõsequi solet: eosdẽ etiam magnos atq; corpulẽtos esse sensus indicat: inter quos vel robore præstantes, vel ad arduas actiones multum habiles viros vix inuenies, quamuis in rebus quæ manibus effici debent, ingeniosi sint.

Galli phlegmate ac cholera proportionari sunt soliti: lẽti ac debiles nimia ex parte sunt: sed & aliqui eorũ singulares, sed valde pauci, longo interuallo reliquos superãt: & virium copiam possidẽt, sed illis recte vti rarò & pauci sciũt. Inuenies igitur vt plurimũ ad regionis naturam sequi corpora moresq; hominum. Particulatim autẽ cibus ac potus varius aliquos quidẽ potest sobrios, alios prodigos magis operari, & hos quidem continentiores, aut audaciores, timidos, mansuetos, mites, vel litigiosos & rixosos, & huiusmodi, vt apud Hippocratem & Galenũ videre est, præsertim in libello Quòd animi mores sequantur corporis temperaturam.

Colli & aliquarum corporis partium iudicium. Cap. XX.

COllum gracile & longum habens, est sonorosus & stolidus, timidus

etiam & malignus.

Breue collum habens, valde est callidus & defraudator: refer ad mores apparentes, vt in catto mures capiente, &c.

Collum grossum habens, est stolidus & comestor magnus.

Qui vertebram seruicis asperā continēt, hos morum asperitate præ cæteris natura notauit. Ac totū asperū collum habētes, rudis ingenij vsquequaq; censendi sunt.

Ceruix obesa in summitate, indocilem hominem, necnon ad iniuriam inferendam propensum denotat.

Collum cōcretum & accliue, improbi, temerarij ac indocilis hominis habetur.

Sursum erectum collum, flagitiosi, demētis, stultæ de seipso persuasionis, nisi ob id molliciem agat.

Incuruatum autem collū, fatui hominis, parci, praui, neq; simplicis, atq; animi rectitudinem habētis indicium est.

Collum in dextram aspiciēs, prudentis & ornati ac prouidi hominis: ad sinistram verò, incōsiderati, ac incipientis.

Collum tum crassitudine, tum lōgitudine mediocritatem habēs, fortis naturæ, docilis, præclaríque ingenij iudicato:

cato:nonnunquã vafro ingenio ac fraudulento adſcribitur.

Venæ circa collũ à lateribus, & venæ circa tempora,ſi amplæ & turgidæ ſunt naturæ,notant habentes malæ iræ fore ac peſsimæ. refer ad paſsionem in iratis,quibus ſic hæc fiunt.

Veſta ceruix cũ prolixitate, animoſum,iactantem,& ſuperbum aſſeuerat.

Humerorũ eleuationes, ſignum ſunt aſperitatis naturæ & infidelitatis.

Brachia quando erecto corpore intantum protéduntur quod manus perueniant ad genua,ſignant habiles operi,audaciam, & probitatem cum largitate.quando verò decurtantur brachia, ſignum eſt amantis diſcordiam, ac ignorantis ac inuidi.

Palmæ longæ cũ digitis longis,ſignificát bene diſpoſitũ ad multas artes,pręcipuè mechanicas,& ſapienté in operibus:ſignum eſt enim boni regiminis.

Digitorum groſsicies,ſignat ſtoliditatem & inſipientiam, magnúmque epar.

Metiendum quoq; eſt ſpaciũ ab vmbilico vſque ad pectoris finem,& vſque ad originẽ colli:ſi maior pars pectoris fuerit, prudentiã indicat. Si quod intra pectus eſt vſq; ad vmbilicum maius fuerit,

rit, voracem hominem declarat. Latius vide infrà capite 23.

Venter si nimiò recessus est, tãquam inanis, timidum, malignũ & voracem indicat.

Venter aliquanto molior atque impressior, virtutem animi & magnificẽtiam monstrat.

Latera tenuia, & angusta, & pressa, timiditatis arguunt. at quæ referta sunt carnibus, & dura, indociles homines ostendunt. quæ autem rotunda sunt, tanquam tumentia, loquacitatem inanem declarant. nam refertur ad ranas.

Dorsum latũ, solidũ, virile est: & contrarium muliebre. quorum dorsum incuruũ est, si in molli corpore fuerit, nõ tam malum accipiendũ est, quàm cum in spisso & solido corpore fuerit.

Dorsum conuexum & humeri ad pectus imminentes, prauum esse hominẽ & inuidũ argũũt. Si verò ad hæc & corpus accliue fuerit, impudenter prauum, inuidum, auarum, & tenacẽ dixeris. Si gibbositas à natiuitate sit, scis prouerbium, Caue à signatis à Deo.

Spinæ pars inferior, quæ ὀσφὺς Græcè dicitur, si latè iaceat, & nimia sit, & molli carne circũdata; fœminarum est,

 quæ

quæ prolixa eſt, & in acutũ deſinit, intẽperãtiã libidinis, & timiditatẽ oſtendit. Virilis ergo eſt, quę clara oſsibus & moderata ac ſolida eſt.

Iſchia ſolida & dura, & diſcreta oſsibus, fortem & bellatorẽ hominẽ oſtendũt. ſi vaſta & carne plexa, muliebre ingenium deſignãt. Quæ autem nimium exeſa ſunt, rugoſa & tenui cute circũdata, ſimiarum malignitatem indicãt. Coxam etiam intellige, quę eſt baſis noſtri corporis.

Genicula cum inter ſe cõuerſa ſunt, atque concidunt, ad fœmineã ſpeciem referuntur.

Qui craſſos malleolos tibiasq; craſſas natura ſui habuerint, hi inſaniũt maiori ex parte, ac in ecſtaſim rapiuntur, faneticiq; ſunt.

Crurium partes imæ, talis proximæ, & calcanea, & pedes imi, cũ vaſta ſunt, & referta carnibus, ſtultum hominẽ indicant vel inſanum: & eo magis ſi & humiles digitos, & tibias vaſtas in iiſdem pedibus eſſe contingat.

Effœminati, impudici, impuri exiſtimãdi, qui tibias quà ad malleolos deſcẽditur, craſſas habuerint.

Pedes imi, diſcreti neruis, articulis,

clarum, generosum & virile ingenium indicant.

Pedes mutili crassíque, ferini animi signa sunt.

Molles & amplexa carne circũdati, molle ingeniũ ac fœmininũ ostendunt.

Nimium prolixi, inuigilantem dolis hominẽ, multis perniciem cogitantem demonstrant, vel malorum artificem.

Pertenues & breues, malignum vafrúmque produnt. Curui pedes, & qui plantam longè cauam ac reductam habent, improbandi sunt: nam praui signa sunt hominis.

De incessu, de ceruice, manibus, vnguibus, &c. Cap. XXI.

QVi longis passibus & tardis incedunt, consulti sunt & efficaces. Parui autem & restricti passus, paruæ mentis sunt. Dolorum artifices, & obscuræ mentis, distorti passus.

Gressus tardus & breuis, consultus, inefficax est. Longus velóxque efficax & incõsultus. Velox breuis, incõsultus & inefficax. ratio horum est, quoniã lõgus est efficax, tardus, consultus: velox, inconsultus: breuis inefficax.

Celeritas motus cũ est erecto corpo-

re

re & honesto atque claro, hominem indicat qui adgrediatur res agendas, magnásque perficiendas. Si autem celeriter quid mouetur, submittitauté oculos, & se comprimit, & vultum deducit, atque omne corpus implicat & colligit, nimium parcum, timidum, versutũ, minus liberalem indicat.

Qui breues passus habet, eosdemq; accelerat, malignus & plusquam timidus & imbecillus habendus est.

Breuis ceruix, re atq; exéplis cognita est, quod sit indicium hominis cũ timiditate audacis, qui Græcè θράσυλ☉ dicitur.

Ceruix dura, indocilem hominem ostẽdit. vnde natum prouerbium, Homo duræ ceruicis.

Ceruix superius retorta, insolẽtem, immitem, stultum & inanem indicat.

Cùm inflexa est ceruix ad pectoris partes, potest cogitationibus occupatũ animum ostendere: potest ad parsimoniam vel ad malignitatem pertinere, prout cætera signa congruerint.

Ceruix in sinistram partem declinata, stultitiam aliquatenus, & mollẽ magis significat.

Aristoteles etiã ad dextram partem

inclinationem capitis, mollibus attribuit ex pauco calore.

Guttur asperum, leuitatem mẽtis, loquacemq; significat: refertur ad aues.

In quo eminet clauicula, illũ ignauũ iudica.

Qui autem illam recte dispositam habuerint, prudentia præditos, viriles, ac fortes viros denotat.

Scapulæ latæ, fortem virum, ac nobilis ingenuiq; animi denotãt: in forma ab hac diuersa, diuersa iudicabis.

Humeri tenues, & qui in acutum erecti sunt, insidiosum hominem indicãt.

Humeri crassi, haud laudabilis naturæ argumenta sunt.

Tenues cubiti, imbecilles: pleni nimiũ, indociles ostendunt. Cũ ergo mediæ solidatis sunt & articulis, & musculis insignes, fortem animum & nobile corpus ostendunt.

Digiti cum molles sunt, leuesq; manus & molles, docilem hominem significant, cum duri, fortem seu indocilẽ demonstrant.

Breues manus & digiti fortes, opportuni sunt. Admodũ breues manus, dementem notant. Cũ aliâs legissẽ, nõ ita pridẽ tamẽ obseruaui, eos qui tũ aliâs,

rum verò præcipuè à cibo dum adhuc mensæ adsident, pollicem manus inter alios digitos ac palmam claudūt, auaros & suorum tantum amatores esse.

Crassæ manus & exiguæ, si digitos vltra modum breues habeant, tergiuersatorem, insidiosum, & furem indicāt. Manus tenues & intortæ, loquacem hominem demonstrant.

Vngues albi, lati, subrubentes, optimi ingenij dant indicium. Angusti autem curuiq́; & oblongi, stoliditatis & feritatis indices sūt. Qui inflexi nimiū & curui sunt, impudētes & rapaces sunt: referter ad aues & ad feras quę violētę sunt.

De maculis albis vnguium quid significent, vide Cardanum De subtilitate. ex impressione vltima lib. 18.

Vngues qui impressi sunt, & nimium adcorporati, magis fieri, & magis stolidi sunt.

Nimium breues vngues & nigri, malignū hominem declarant. hoc idem significant pallidi & nigri & asperi.

Vngues qui perrotūdi sunt, in Venerē prōpti sunt, incestuosumq́; testātur.

Hęc signa q̄ vnguib. attributa sunt p̄ semetipsa nō satis idonea. Verū cōiūcta potioribus, nōnullam habēt efficaciam.

Digiti cũ cõiuncti sunt, & cohærẽt, immundũ hominẽ significant. Qui cõiecti sunt & conglobati, malignum & auarũ indicant. Parui & tenues, stultum.

Parui & crassi digiti, inuidum, audacem, ferumq; hominem declarant.

Valde verò parui subtilesq; digiti, dementis naturæ, nugacisq; ac remissi animi hominem testantur.

Nimium prolixi & nimium tenues, longè à sapientia sunt.

Qui immoderato spacio inter se distãt, leues & loquaces ostẽdũt. Qui autẽ moderatæ magnitudinis sunt, & honestæ speciei, & mores optimos indicant.

Tenue pectus, & inualidum est, & animi imbecillitatem significat. Quod autem congestum est carnibus, indociles & ignauos indicat.

Quibus mamillarũ partes inertes pependerint, & totum pectoris spaciũ vastum carnosumq; & laxũ fuerit, tales omni dubio procul mœchos, nimioq; vino gaudentes indicato.

Quibus mamillæ dependent, & molli carne circundatũ pectus est, vinolẽtiam & intemperantiam Veneris assignat.

Qui humeros cõmouet, dirigit tamẽ collum atq; erigit, superbus atq; insolens

lens rectissimè iudicabitur: est enim talis equorum incessus, figura etiam erectus; iracundus est.

Qui autē omni corpore mouētur, manifeste atq; euidēter effœminati sunt.

Ex his tolerabiliores sunt, qui cū mouentur, corpus inclināt ad dextram partem. stultiores autem sunt, qui corpus declinant ad partem sinistram.

De anhelitu, & alijs nonnullis. Cap. XXII.

CVm quietus est spiritus, ita vt nullum, aut pertenuē præbeat sensum, incurrēs ac recurrēs, in cogitatione cōstitutum hominem declarat: has cogitationes ferè & oculi indicabunt. Cum spiritus interdum conquiescit, longo autem pòst interuallo nimius trahitur, in magna tristitia indicat hominem constitutum.

Cum autem etiam caput quatit, & ingemiscit, precium rei à se male gestæ, & male dictæ continet. Spiritus cū mugit & granditer concitatur atque editur, feritatem & vinolentiam indicat.

Spiritus qui quasi per interualla fertur, sine strepitu procedens, optimā hominis fortitudinem indicat.

Quorum anhelitus ita perturbatus ac

spissus est, sicut post cursum esse homini solet, inconsulti & iracundi sunt, quibus omne sit actu atque dictu facile & satis promptum.

Spiritus quibus concitatus tanquam asthmatici agitatur, hos consilio caretes, peruerso animo, omniũ rerum cupidos, verbosissimosq; censebis.

Hæc in omnibus signis tenenda est regula, vt nimietatem ad malam partẽ accipias, medietatem ac temperamentum optimum iudices.

Aristoteles dicit, eos qui cum ambulant calcaneis introrsum, pedibus autem forinsecus conuersis incidunt, posteriora sectari. Inuidos etiã, qui sinistras partes maiores habent, & quibus supercilia ad genas detracta sunt.

Idem dicit, suras cũ retractæ sunt ad genua vel suffragines, indicare hominẽ qui ad coitum facilis sit & velox. Cũ hispida nimiũ sunt fœmina, & curua, pronos in Venerem ostendere. refertur hoc ad capros.

Idẽ dicit, nates ficciores viriles esse, nates amplis canibus, effœminatum ostendere. Nates tanquã abscissas, malignitatis esse signa: refertur hoc ad vrsum & simiam.

Impu-

Impudēs homo ita esse debet. Oculis motu cōcitato patētibus, lucidis: supercilia extēsa crassaq; parpebris plurimū separatis, crassis pedib. & manibus. contra intuentes altius se erigens. rubicundus vel fuluo colore. vocis acutæ. huiusmodi impudens iniuriosusq; est.

Dissimulatoris ac contraria consulentis indicia. In dissimulatiōe oculi imbecilles visuntur, aspectu elegāti est: vocē submissam edit: versatili incessu vtitur, ac semper sese concinno motu adaptat.

Indicia, auari hominis: Hominem pecuniæ studiosum & auarū ex his signis deprehēdes (nisi citius ex effectu & tuo damno cognoueris) Qui membris paruis, facie exigua, atq; oculis modicis fuerit præditus. qui gressu cōcitato fertur. qui dorsi recurui est. celeri sermone, & acuta voce vtēs. colore subruffo, dicax, ebriosa facie, densas comas, barbam protensam, labia densis obsita pilis, tempora densa, oculos supplices, nitētes, atque vndantes ostendit, comam nutriens, ac vino deditus.

Quò fatuum ac improbum agnoscere queas (quem etiam ex sermone ac moribus non difficile est cognoscere) hæc signa sunt. Is capillos extensos habet, ca-

put rigidum, obliquum: aures prægrandes, languidū collum ac ceruicem, malleolos in pedibus rotundos, frontem duram & asperam: oculos tenebricosos, paruos, siccos, concauos, intentè visum dirigentes: genas angustas, oblongasq́;, mentum longum: ore loquaci & soluto est, patenti, quasi bifido: facie oblonga quasi corrupta: incuruus ventricosus, crassis crurib. manuū pedumq́; articulis oblongis, asperísue, colore subuiridi, sic vt à somno vel crapula excitatus videatur, vocem balantem, turpem, exiguam, insolentem edit.

Simulatoris est, cuius ea quæ sunt circa faciem pinguia sunt, vt maxillæ & cætera. Et quæ circa oculos rugosa, vt palpebræ, & facies somniculosa.

Philodori, id est munerum amatores, inquit Aristoteles, sunt quibus labium superius sursum eleuatur, ita vt dentes & gingiuæ appareant, vt in canibus: & qui figura & vultu sunt immodesti, & superrubicundi.

Homo hirsutus, capillis nigris, directis, hirsuto ore ac mento & tēporibus, oculis pinguibus relucentibus, furiosus erit, pronus in libidinem, studiosus pantomimorum, & maledicus.

Sic inquit libro duodecimo De subtilitate egregius Cardanus Mediolanensis medicus & philosophus, vt oēs muti li improbi sunt, ita nō omnes qui corpore sunt nō vitiati, integris sunt moribus: nam plus exigitur ad formandum absq; culpa animum quàm corpus. Itaq; pessimi sunt omniū gibbi (nisi passio hæc ob membrorum humorem proueniat) cum error sit circa cor principium totius corporis: pòst cæci strabiq;, quòd circa cerebrum natura deliquerit. Inde muti surdiq;, nam in minus nobili cerebri parte natura defecit. Inde claudi hos sequuntur, qui in magno mēbro sunt vitiati, post quos sedigiti, & qui digitos habēt iunctos: nam in minus necessariis aberrauit. Vltimus locus est verrucis ac vestigiis quæ cicatrices æmulantur.

Idem alibi dicit, præcipuum signū dignoscendi gemellos esse, quòd caui sunt dorso, osq; sacrum intus sit retractum.

Septimestres autē cognosci, quòd vngues habeāt imperfectos, cutimq; haud expolitam.

Reliquarum partium iudicium, & iudicandi modus. Cap. XXIII.

PEctoris latitudo, & humerorū grossicies & tergi, probitatem & auda-

ciam ſignificant cum retentione intelle-
ctus & ſapientiæ.

Tergi verò ſubtilitas ſignificat diſcordantis naturæ hominem. Pectoris mediocritas & tergi æqualitas ſignum eſt optimum & appropriatum. Laxi humeri infirmitatem animi & timiditatem oſtendunt.

Ventrem habens magnũ, eſt indiſcretus, ſtolidus, ſuperbus, amans coitum.

Quibus ſpacium ab vmbilico ad pectinem maius eſt quàm ab vmbilico ad pectus, hi breuis vitæ ſunt.

Quicunque autem maius habent id quod ab vmbilico ad pectoris imum eſt, quàm quod ab imo pectoris ad collum, voraces ſunt & inſenſitiui.

Ventris mediocritas & ſtrictura pectoris, ſignificant altitudinem intellectus & bonum conſilium. vide cap. xx.

Pedes carnoſi craſsiq́;, ſignant fatuitatem & amorem iniuriæ.

Tibias habens articulatas, neruoſas & robuſtas, eſt animo fortis. habentes tibias graciles neruoſas, ſunt venerei. Tibias valde carnoſas ac ſuperfluas, quaſi admodum diruptas habẽtes, ſunt odioſi & inuerecundi.

Multitudo carnis in genub. ſignat debilitatem

bilitatẽ & mollitiẽ virtutis, cynędosq;.

Cuius passus lati sunt & tardi, vt plurimũ prosperabitur in operibus suis & factis. Cuius verò passus breues, est impetuosus & impotens, & in operibus malæ voluntatis.

Quod autem ad totum corpus breuiter spectat, Plinius & Solinus terminos longitudinis ac latitudinis humani corporis nondum descriptos esse testãtur.

Verũ physici longitudinem humani corporis naturalẽ septẽ pedũ esse asserunt: quòd Hercules intra hũc terminũ esset cõpertus. latitudinẽ autẽ totidem: nã quãtus manibus expansis inter longissimos digitos modus est, tantũ esse constat inter calceũ & verticem. hac ratione etiam hominẽ mundum paruũ appellarunt, quòd si circulus fieret, esset perfectè sphæricus: quare qui hanc longitudinẽ excellit, hic longus corpore dicitur: qui verò ab hac deficit, paruus est. Cuius autem longitudo ac latitudo non sunt æquales, is incõpositus est. Semper igitur partium vel totius quantitatẽ respectu medij, & ad totius mensuram referre oportet.

Ille deniq; est bonę memorię beneq; compositus in natura qui carnes habet

molles, humidas, mediocres inter aspe-
ritatem & lenitatem: non nimis longus
nec nimis breuis, albus declinans ad ru-
bedinem, vel non ad nigredinem mul-
tam: mitis aspectu: capilli plani medio-
cres: magnorum oculorum declinantiũ
ad rotunditatem: mediocris & mẽsura-
ti capitis cum magnitudine colli bene
dispositi æqualiter: cuius humeri parum
bene declinant: carens in cruribus, & ge
nubus nimia carne, claræ vocis tempera
ta subtilitate: modici risus, & non deri-
dens: cuius aspectus est quasi cõmixtus
ex læticia & iocunditate.

Non tamẽ oportet te præcipitare sen
tẽtiam, & iudicium tuum in vno istorũ
signorum, sed collige testimonium vni-
uersorum: & cum tibi dant diuersa signa
& ad diuersa, declina semper ad meliorẽ
& probabiliorem partem. nam comple-
xio totius ex complexione partiũ resul
tat. Tunc etiam per vnum signum possu
mus arguere affectum, quãdo in eodem
homine non inuenitur contrariũ æqua-
le. Signa verò propria in eodem contra-
ria inueniri est impossibile. de cõmuni-
bus autem alia ratio. At tunc maiora mi-
noraq; de quopiam ventura fore prænũ
ciabis, quanto cuiuspiam facta moresq;
latius

latius certiusq; noueris, hac via videlicet obseruata: verbi causa: Eos qui perniciose viuunt, truculenta pœna mulctari vel saltem tum ob fauorem, tum ob infortunium aliquod torqueri, incarcerari affligiue debere: cùm maxima ex parte id eueniat. Si quis item (exempli causa) iracundi nota signatur, & si tunc ira minime ipsum occupet, iræ tamen illũ passionibus premi credendum est: idem & in aliis iudicij erit. Hoc etiam vt axioma hac in arte habeto, membri cuiusque bonam & idoneam formationem, signum esse bonæ formatiuæ & roboris. intellige membrũ paruum vel magnum respectu sui corporis. Formæ bene constitutæ, virtus, male verò ordinatæ, vitium conuenit.

Manifestiora verò signa sunt quæ in principalissimis locis fiunt: principalissimus aũt locus est q circa oculos, & frõtẽ, & caput, & faciẽ est. Secundus aũt qui circa pectus & humeros, deinde circa crura & pedes: vltima, quæ circa aluum. Vniuersa verò difficultas ex iudicio pẽdet, vt etiã in astronomia, & medica facultate. Animaduertẽdum (vt suprà etiã innuimus) signa bifariã esse, alia propria, q̃ cũ passionibus indicatis conuertuntur,

tuntur, à quouis sumantur loco, vt magna extrema habere signum proprium est fortitudinis : quædam autem non propria, quæ accipiuntur ab apparenti passione vel à contrario, & cæteris huiusmodi, nec conuertuntur cum passionibus, vt in plurib. tamen illas ostendunt. Galenus 2. De temperamẽtis Physiognomones errare asserit circa iudicium ob multas causas : primò quia vni signorum fidem præbent, quod fatuum est, nisi fuerit proprium, vt supradictum. Vnum enim signum ab vna corporis particula sumitur : ex natura autem vnius particulæ non resultat natura vniuersi hominis. Secundò, quia ad naturæ ac ætatis permutationem aliquando non spectant : nam signa interdum naturam præteritam denunciant, non præsentem : vt si sexagenarius pilosus sit, non præsentem libidinem, sed præteritam denuntiat. Tertiò, quòd excrementa membri arbitrantur semper arguere membri naturam, cùm tamen contingat membri naturam esse cholericam, cuius excrementa erunt phlegmatica, vt docet experientia. Quartò, quòd quæ fortia, quæ've debilia sint, non discernunt. Sint igitur de electio-

ne,

re, residua hæc præcepta. Primum, signa quæ mores significant non per qualitates, sed per proprietates, potiora sunt, & primo loco habenda: vt si ponamus Socratem ex signis à qualitatib. sumptis esse liberalem, vtpote colorẽ rubrũ, & per alia sanguinis signa: signis verò sumptis à proprietate, esse auarum, vt quia eius humeri difficulter soluti sint, vel quia eius facies paruifica sit, iudico per signa quæ à proprietate sumũtur Socratem esse illiberalem, quoniam potiora sunt, cùm sequantur materiam, quæ est causa necessaria, & quidem magis quàm forma. Secundum, signa quæ accipiuntur à capite vel ab eius partibus, potissimum ab oculis, potiora sunt his quæ ab aliis accipiuntur: vnde inquit Apuleius, totus homo in capite vultu quæ est, quoniam ibi ratio: potissimum verò ab oculis, qui vt inquit Galenus, sunt cerebri pars, aut de eius substantia producti: postea successiuè pari ratione de aliis. Dixere etiam nonnulli, signa quæ ab anteriori corporis parte accipiuntur, semper potiora his esse quæ à posteriori colliguntur: vnde & Hippocrates primò infirmi faciem notat. Alij signa potiora esse dixerunt

quæ

quæ accipiuntur ab his membris per quæ exercetur paſsio, vt ſigna quæ ex pectore & coſtis ad iram ſignandam, quæ in corde exercetur intra partes eas ſito. Rurſus quia per coxas, pedes, brachia & humeros exercetur fortitudo, ideo ſigna pro fortitudine ab his accepta, potiora ſunt, ita de aliis pari ratione & modo.

***

BREVISSIMA TABVLA signorum & naturarum, quæ in libro fuſius ac diſtinctiſsimè tractantur.

CAPVT

Magnum. Hebetes. ad aſinos refer. Minutulum. Fatui. Canes. Mediocre. boni ſenſus. naturale. Acutum pineatúmque. inuerecundi, iactatores. vngui curui. Breue globoſum. inſipientes, immemores. Preſſum in ſuperficie planum. omni vitio pleni. Oblongum vt malleus. prudentes, ſagaces. In anteriori parte concauitas. doloſi, iracundi.

AVRES

Paruæ. ſcurriles. ſimiæ. Magnæ. Hebetes. aſini. Flaccæ. ſtolidi. aſini. Moderatæ. boni ſenſus. naturale. Rotũdæ. indiſciplinabiles. Longæ anguſtæ. inuidi. Valde capiti hærentes. maleuoli. Piloſæ. bene audientes.

FRONS

Valde parua. indociles, mobiles. ſues. Valde magna. tardi. boues. Rotunda. hebetes, inſenſati, iracundi. aſini. Aliquanto minus plana. ſagaces. canes. Quadrata formata. magnanimi. leones.

Tenſa

Tensa lucida.adulatores.canes blādientes. Nebulosa.audaces.leones, tauri. Demissa.tristes.passio. Longa.adulatores.canes. Eleuata.liberales.leones. Nimis rugosa.inuerecundi. In tēporib. inflata.superbi, iracundi, ingenio rudes.

OCVLI

Parui.pusillanimi.simia. Magni.pigri. mansueti.boues. Concaui.malefici, inuidi.simiæ. Eminentes. fatui. asini. Parum concaui.magnanimi.leones. Grandiusculi, parum eminentes. masueti.boues. Valde aperti. impudentes. Anguli iusto longiores.malefici. Anguli carnosi narib.iuncti.maliciosi. Oblongi oculi.callidi, deceptores. Magni tremuli.mulierū cupidi.passio. Parui tremuli.pudētes, amatores tamen. Quanto maior, tanto minor malicia, stultitiaq; maior. Obliqui, contorti.fallaces, tenaces, iracundi. Crassi.stolidi, timidi, pusillanimi, inuerecundi. Difformiter moti, nunc currentes, nunc quiescentes.temerarij, cogitabundi, pessimi, subtractores. Palpebrizantes.timidi.passio. Oculi velociter moti cū visu acuto.fraudulēti, latrones, infideles.Fixè intuentes.cogitabundi & deceptiui.Secūdū longū situati.mōstrosi, de

ſi,deceptores, inuidi. Veſiculæ ab oculis exeuntes. vinoléti. paſsio. Veſiculæ ante oculos eminētes. ſomnoléti. paſsio.

NASVS

Extremitates naſi craſſæ. cõcupiſcentes. boues. Extremitates craſſę, euerſæ. inſenſitiui, ſegnes. ſues. Extremitates acutæ. ſæuæ iræ. canes. Rotūdus extremitatibus obtuſis. magnanimi. leo. Rotundus extremitatibus gracilibus. mobiles. aues. Incuruus à fronte ductus. inuerecundi, leues. coruus. Curuus in fronte dearticulatus, aquilinus. magnanimi. aquilæ. Simus. libidinoſi. cerui. Patens apertus. iracundi. paſsio. Longus ad os protenſus. probi, audaces.

LABIA

Gracilia relaxata. magnanimi. leones. Gracilia dura. iracundi. ſues. Gracilia mollia. magnanimi. leones. Craſſa, ſuperius propendulum. fatui. aſini. Superius euerſum gingiuis diſcoopertis. contumelioſi. canes.

FACIES

Carnoſa. pigri. boues. Macilenta. curioſi. à contrario. Magna carnoſa. timidi. aſini. cerui. Faciei tergus paruum. puſillanimi. elurus. ſimia. Magna facies tardi. boues, aſini. Paruiſica. illiberales.

superapparētia. Deorsum spectans. hypocritæ, maligni. Plana sine tumore. rixosi. Vultui ebrij similis. ebrij. superapparētia. Similis vultui irati. iracũdi. superapparētia. Similis vultui verecũdi. verecundi. superapparentia. Deformis & obtorta. male morati. superapparentia. Longa. inuerecundi. Ex leui causa sudans. astuti, libidinosi, edaces. Valde minuta rotunda. simplices. Longa macilenta. audaces. Valde curua longa macilenta. maliciosi, vtiles. à fronte ad maxillas latior. mendaces. à maxillis ad mentum angustior. inuidi, rixosi.

MENTVM

Acutum. fideles. canes. Paruum breue. inuidi, immites. serpentes. Quadratum. virtuti apti. Longum versus deorsum acutum. versipelles. Rotundum. molles. fœminæ. Caro sub mẽtum versus gulam. libidinosi. Mentum cum fouea vel duplex. libidinosi.

BARBA

Mulier barbata. luxuriosa. Mulier cum barba valde nuda. bene morata. Barba nimis pilosa. melancholici. causa naturalis. Bene formata. bonæ naturæ. causa naturalis. Informis. malæ naturę. per contrarium.

COLOR

COLOR OCVLORVM

Superrubescés.iracundi.passio. Per nigri.timidi.coloris proprietas. Nigri flauentes.boni animi.decentia. Glauci aut albi.timidi.coloris proprietas. Fului.boni animi.leones. Ignei.inuerecundi, iucundi.canes. Discolores. timidi. passio. Lucentes.luxuriosi, galli, corui.

COLOR FACIEI

Superrubescens.verecundi.passio. Genæ superrubescentes.amatores vini. passio. Genæ & nasus rubore epatico. obscœnissimi.

COLOR PECTORIS

Flammeus. iracundi.passio.

COLOR TOTIVS

Valde niger.timidi.Aethiopes. Peralbus.timidi.mulieres. Fuscus.fortes. mediocre. Flauus.boni animi.leones. Valde rubeus vel rufus.astuti,ingeniosi. vulpes. Pallidus,turbatus nisi ex ægritudine.timidi.passio. Mellinus.tardi. causa naturalis. Flammeus.maniaci,aperti,iracundi.passio. Pallidus non ob studia bona.vitiosus,malignus.

COLLVM

Crassum.fortes.masculi. Gracile.debiles.fœminæ. Crassum carnosum.iracundi.tauri. Moderatum.magnanimi.

 leones.

leones. Longum gracile.timidi.cerui. Perbreue.dolosi.lupi,catti. Quæ circa colli claué bene soluta.sensitiui.naturalis causa. Confusa.insensitiui.nat.causa.

PECTVS

Magnum formatum.fortes.masculi. Amplum compactum.fortes.leones. Cum pilo.instabiles, animosi.aues. Sine pilo.inuerecũdi aut timidi.fœminæ. Carnosum valde.indisciplinabiles,ignaui. Interstitium à iugulo ad ventriculũ maius quàm ab imo pectoris ad vmbilicum.prudentes. Mammæ pingues deorsum pendentes in viris.molles, effœminati. In pectoris sinistro caro crassa eleuata cum porro aut neruo cum vno aut pluribus pilis, honoris diuitiarúmque argumentum, vt inquit Ptolemęus.

METAPHRENVM

Magnum non carnosum formatum. fortes.mas. Paruum non carnosum informe.molles.fœminæ. Curuum cum humeris ad pectus.mali moris. Supinum.molles,dementes.equi.

HVMERI

Formati magni.fortes.masculi. Parui informes.molles.fœminæ. Bene soluti.liberales.superapparentia. Nõ bene soluti, conuulsi.illiberales.superapparen

parētia. In acuto eleuati. insidiosi. Lati. fortes. intellectiui. Graciles. insensitiui.

MANVS

Copulati digiti. immundi, sues. Curti & crassi. temerarij. immanes. Pollex intra manum clausus auarum.

VNGVES DIGITORVM MANVS

Lati albi subrufi. viriles. Angusti oblongi. feri. Obliqui. impudentes, rapaces. rapaces aues. Exigui. veteratores. Plani, albi, molles. subtiles, subrubei, lucidi. ingenio apti. causa naturalis. Asperi rotundi. Venerei. ad proprietatem. Valde breues. maligni. ad proprietatē. Parui, curui. rapaces. Puncta alba vnguium. bene nati. causa natutalis. Puncta nigra. inuidi. ad causam naturalem.

VNGVES ET PEDVM DIGITI

Digiti pedum & vngues curui. inuerecundi. aues. Subtiles vngues bene colorati. bene nati. naturale. Coniucti digiti. pauidi. coturnices.

PEDES

Neruosi magni articulati. fortes. mares. Stricti parui. molles. fœminæ. Pars interior plantæ nō concaua, sed ita plena vt terrā toto vestigio tāgat. versuti. causa nat. Arist. in 1. Hist. Crassi atq; carnosi. fatui. causa nat. Crassi & breues. im-

becilles causa nat. Graciles breues.maligni.causa nat. Nimium prolixi.dolosi.causa nat. Carnosi duri.hebetes.causa nat. Parui pulchri.fornicatores.proprietas signi.

TALVS

Neruosus articulatus. fortes. mares. Carnosus informis. molles. fœminæ. Latus.fortes.causa nat. Tali partes longæ carnosæ.stulti.proprietas. Calcanea gracilia.timidi.proprietas.

CRVRA

Neruosa crassa articulata.fortes.mas. Neruosa subtilia.libidinosi.ad aues. Crassa informia.inuerecũdi.ad superap. Tibiarum suræ crassæ.intemperati. Tibiarum ventres molles.effœminatissimi. Tibiæ graciles.ignari.fallit in doctis multis. Suræ pleniusculæ veluti grauidæ. sordidi. Moderatæ magnæ formatæ.ingeniosi.

GENVA

Genucrassi.cynædi.ad superapparentiã. Genua subtilia.timidi.ad superap. Genua arcuata in anteriori.effœminati. mulieres. Pinguia. timidi. liberales. Macra.fortes.audaces.

COXAE

Neruosæ.fortes.ad marem. Carno-

sæ.

ſæ.molles.ad fœminas.

PECTEN

Piloſum valde.libidinoſi & fœcōdi. naturalis cauſa. Pilis ferè nudum. caſti.ad cauſam naturalem.

NATES

Acutæ oſſeæ.fortes.ad marem. Carnoſæ pingues.molles.ad fœminā. Carne exſiccatæ.mali moris.ad ſimias.

LVMBI

Lūboſi.ferarū amatores.leones, canes.

ILIA

Ilia vel hypocōdria gracilia & preſſa. timidi.ranæ.Carnoſa.indiſciplinabiles.

ANCHAE

Oſſa prominētia extra.fortes.maſculi, Gracilia.timidi,debiles.mulieres.

VENTRICVLVS

Quæ circa ventriculum pinguia. fortes.mares. Nō pinguia molles.mulieres. Venter magnus prominēs extra. edaces. Paruus formatus.mēte dextri. Piloſus valde ab vmbilico infra. loquaces.aues.

DORSVM

Anguſtum informe.molles.fœminę. Magnum formatum,fortes.maſculi. Amplū.fortes,arrogātes, irreuerentes. Curuū.immorati. Aequale formatū.

commensurati.naturale.

COSTAE

Bene costati, fortes.masculi. Angusti & non costati.molles.fœminæ. Costati circumtumidi, vt inflati.loquaces, stulti loqui boues, ranæ.

VMBILICVS

A pectore imo ad vmbilicum interstitium longũ.insensibiles, voraces. ad naturalem causam. Aequale.laudabiles. naturale. Ventriculus ab vmbilico ad pectus carnosus. maleuoli. Palemon. Molis & compressus.magnanimi, magnifici.

DENTES

Canini, longi, firmi.gulosi, irascibiles, mali.canes, apri. Crassi lati.vani, lasciui, simplices.boues.ignari, hebetes. asini.

PILOSITAS PARTIVM

Tibiæ pilosæ.Venerei.hircus. Pectus & aluus valde pilosę, mobiles in opinionibus.aues. Pilosi humeri.in opinionibus mobiles.aues. Dorsum valde pilosum.asperi.belluę. Ceruix siue collum à tergo pillosum.liberales.leones. Supercilia coniũcta.tristes.passio. Supercilia ante nasum demissa, ad tẽpora extẽsa.fatui.sues. Erecti capilli.timidi. passio. Valde crispi.timidi.Aethiopes.

Cri

Crispi in extremis.fortes.leones. In superiori parte frontis eleuati. liberales. leo.Plani capilli.simplices.Capilli multi & densi.praui.

INCESSVS ET MOTVS

Tardus longus.consulti & efficaces. Tardus breuis.cõsulti inefficaces. Longus velox.efficaces inconsulti. Breuis velox.inconsulti inefficaces. Humeris incuruatis ambulantes.animo elati.leo. Pedib.& crurib.cõuersis ambulãtes.molles.fœminæ.Corporib.se circũtorquẽtes atq; fricãtes.adulatores.passio.Inclinati ad dextrã ambulãtes.cynędi.superapp. Oculi satis mobiles.acuti raptores.accipitres. Oculi frequẽter moti cũ corporis fixione.intellectiui.passio.

VOX

Magna grauis.iniuriosi passiuè.asini. A graui incipiẽs in acutũ desinẽs.iracũdi lugent.boues. Acuta mollis rupta.cynædi.mulieres.superapp. Grauis alta. valde iracũdi.validi canes. Mollis sine contẽtione. mansueti.oues. Acuta fortis.insani.capræ.

STATVRA

Parui.veloces.nat.causa.Arist. Valde magni.tardi.nat.causa. Parui calidæ ac siccæ naturæ.nihil proficiẽtes.natur.

causa. Parui frig. naturę. perfectiui. causa nat. Magni. frin. nat. nihil perficientes. nat. causa. Magni calidæ nat. perfectiui, sensitiui. nat. causa. Incõmensurati & informes. astuti & praui passio. Cõmésurati. boni & sensitiui. naturale.

Illud autem in vniuersum memineris, hæc potissimum valere in hominibus animalibus, videlicet non regeneratis ex dei spiritu & gratia: nam in talibus verum est illud de natura in Adam deprauata, quòd naturæ sequitur semina quisque suæ. Qui verò ex spiritu sancto regenerati sunt, carnem suã mortificant cũ vitiis & cõcupiscentiis: quamuis concupiscentia & peccati fomes remaneat, ac in plurimis ad actum & opus deueniat heu nimium sæpe: Nec facile rationis imperio natiuum vitium coercetur.

***

TEMPORVM MVTATIONES CERtæ ex prędictione rerum quę in aere, terra, aut aqua sunt aut fiunt, breuiter & clarè ordinéque alphabetico descriptæ, per Gulielmum Gratarolum Bergomatem medicum physicum.

A


NIMANTES omnes natura mutationes tēporum sentiūt, quoniam naturali quodam instinctu ex impressione corporum cælestium producto, mouentur pro ratione dispositionis aeris ad temporum cognitionem, vt necessarium est suis naturis, secūdū illud Hieremiæ capite octauo: Miluus in cælo cognouit tempus suum, turtur & hirūdo & ciconia custodierunt tempus aduentus sui. Animalia enim minus occupata, & corpore imbeciliora, mutationes temporum præsentiunt.

Aues paruæ in hyemis initio, magna in multitudine cōgregatę, in campo cibum quęrentes, signum dant magni frigoris, gelu, & validarum tempestatum.
Aues marinæ si alas in littore maris nō

expandant, signum est serenitatis: & si à pelago aues fugerint, hyemen significant.

Aues mundantes pennas suas rostris, signant pluuiam.

Aues colentes arbores, si ad nidos fugiant, pluuiam signant.

Aues aquas dulces colentes, si lauent se & in aqua ludant agitando alas, pluuiam notant.

Aues omnes communiter cùm strepitum faciunt alis maiorem quàm soleant, futuram pluuiam ostendunt.

Aues fluuiatiles relictis vndis prata quærentes, pluuiam denotant.

Aues albæ non consuetæ apparētes, tempestatem magnā arguunt: quemadmodū & nigræ, si multæ apparuerint, signum dant aquæ.

Aues terrestres cùm clamorem dant circa aquam, vltra solitum se balneātes, pluuiam significant: quia earum cōplexio delectatur aqua, & gaudent præcognitionem elementi mutati ad pluuiā.

Anseres cōtinuo clangore vociferātes & volantes, tempestatem signant.

Ardea auis, quæ & erodios Græcè, Germanicè reyer, Gallicè heron, altius volans, serenitatem denotat: & in mediis

diis aruis triſtis manens, pluuiam.

Anas domeſtica ſi ſubſiſtens quatiat pennas, aquam portẽdi: ſimpliciter quatientes, ventum prædicunt.

Aquatica volatilia, vt anates, & alia, ſi in principio gelu quærant aquas magnas incongelabiles iuxta mare, ſignũ magnæ durationis gelu extat.

Apes quando non volant longè, ſed in eodem in ſerenitate conuolant, tempeſtatem futuram notant.

Arietes vltra ſolitum ſalientes, ſi capitibus concutiant ſe, tempeſtates demonſtrant.

Aſelli ſe vertentes fricando ad terram dorſa ſua, indicant magnas pluuiæ guttas.

Aſinus quatiens aures, tempeſtatem indicat.

Aranearum telæ multæ, latæ, vẽtum aut tẽpeſtatem ſignificant: cùm per aerem feruntur, ventum nunciant.

Aquam quæcunque ſignificant, & tẽpeſtatem ducunt: ſi autem non aquam, niuem & tempeſtatem.

Aqua pluuialis quæ ceciderit, ſi citò deſiccetur vltra ſolitum abſque vento, pluuiam indicat magnam.

Aqua ſtagnans ſi vltra ſolitum calidi

or fuerit absente sole, magnã pluuiam notat.

Aqua si alicubi scaturiat, vbi nõ solebat aut vberius solito, pluuiam grãdem indicat.

Aquæ hyemales si vt frequenter fiãt, ver vtplurimum fit siccum: si autẽ sicca hyems, aquosum erit ver.

Aprili mense, vt plurimum, plus est ventorum, pluuiarum & tempestatum.

Arcus seu iris apparens aere existẽte sereno, pluuias portẽdit: cùm verò arcus extulerit se tẽporibus pluuialibus, serenitatẽ significat, vt Ptolemæus inquit: habet enim nõnihil calidi & frigidi pluuiosi, calidi in sereno signat eleuari, & ecõtra in pluuioso. fit enim arcus à nube rorida sparsa. In diuersis tamen locis diuersa significat: à meridie enim ortus, magnã aquarũ vim vehit, notat siquidem magnam aquarum vim esse in aere, quę in meridie dominari possit. Si circa occasum refulserit, tonabit & leuiter pluet: si ab ortu circa vesperũ surrexerit, serena promittit. Quo magis arcus fuerit viridis, tanto magis pluuias portẽdit: si verò magis rubẽs, vẽtorum indicat flatus: qui si tranquillo aere apparuerit, pluuias & ventos indicat. Sin

autem hyemali aere apparuerit, per vētos & pluuias breues, aeris claritatē indicat. Fiūt autē arcus hyeme, maximeab æquinoctio autūnali die decrescente: bruma vero, hoc est breuissimis diebus, frequēter. Iris circa lunā aut lucernam apparens, australes significat aquas: & si duæ perpendiculares irides fiāt, & vna quidem ab Austro, altera à Borea, & halo similiter, aquam significant.

Iride apparēte, nō potest esse diluuiū vniuersale vsq; ad magnū tempus. Est enim fœdus (vt Moses Ge. nono scribit) quo apparente deus homini promittit nō futurū vniuersale diluuium. Poëtæ hoc haud ignorarūt. cum iridē fingunt deorū nūciā. Virgilius: Irim de cælo misit Saturnia Iuno: nam ab εἴρειν venit, ꝙ nūciare significat. In iride enim duo sūt colores, rubeus & viridis: Rubeus ex humido inflāmato fit, significatq; aqueum elementū nō omnino prȩualere igneo, cū ignea natura in iride nōnihil sui habeat. Viridis autem color causatur ex aqueo incocto, ac ideo signat naturam igneam non omnino aquæ præualere simili ex causa: quare apparente iride, nec cōflagratio nec diluuium, nisi multo pōst tēpore, fieri potest, videlicet cū

altera natura alteri præualebit penitus, quamobrem tradunt nonnulli ſacri ſcriptores. quadraginta annis ante iudicium nõ viſum iri arcum, ratione in D. litera inferius ſcribẽda: ſed hic phyſicè loquor: nam ſecus, credo diem illum & annum palàm haud futurum, vt ſimus parati, &c.

B

Boues cõtra pilum ſe lãbentes, pluuiam indicant. Incipiente pluuia, ſi boues fortiter comedant, pluuiæ durationem ſignant. Bos anteriorem pedem mordens, tempeſtatem aut aquam ſignificat: ſi autem in cælum reſpiciens olfacit, aquam portendit. Boues magis ſolito comedẽtes, & in dextrã iacẽtes, tempeſtatem indicant. Bos in ſiniſtram coxam iacens, ſerenitatem indicat.

Buffones vel rubetæ, extra cauernas proprias veſpere gradientes, magni in quantitate corporum, & multi numero, pluuiam monſtrant.

C

Cattus ſeu felis, pedum priorum illinctu, caput cum interſcapulio pectinantis in modum & abluentis, ſi diu palpauerit, pluuias ingruere nõ ineptè commonſtrabit.

Corui

Corui stantes contra solem, si rostra aperiant, calorem significant. Corui singultu quodam si latrent, rumoremq; in exercitu volantes faciant, quatientes alis propriis plus solito, pluuiæ signum dant. Coruus si depediculetur se super oliuam, aquam significat.

Coturnices, referente Solino, austro flante, nũquam exeunt, flatum humidiorem timentes: aquiloni se credunt, cuius siccitate ac vehementia facilius proue huntur.

Coruus si in serenitate non consuetã vocem habuerit, & superuociferauerit, aquam significat.

Corui siue monedulæ si sursum volẽt & clament vt accipiter, aquam signat.

Cornix, krahe germanicè, balneans se in aqua, & maxime in hyeme, & vltra solitum vociferans si spatietur in sicca arena, signum est pluuiæ, vt inquit Virg.
Tum cornix plena pluuiã vocat improba voce.
Et sola in sicca secum spaciatur arena.

Cornix super petram cantans, quam inundatio submergit, aquam significat.

Cornix si velociter bis aut ter clamet, tempestatem arguit: si mane clamauerit, serenitatem arguit: in vespere

autem tempestatem, quietè cantans.

Cygnus in auspiciis semper lætissimus ales.

Hunc optant nautæ, quia nō se mergit in vndis.

Canum intestina si murmurauerint, pluuiam significant. Canis volutans se in terra, venti magnitudinem significat: in dextram coxam procumbens, tempestatem arguit.

Columbæ si vespere ad columbare tardius accedant quàm soleant, signum est pluuiæ.

Cicadæ multæ factæ, morbiferum annum significant.

Caligo post pluuias, serenitatem.

Campanarum sonus longius auditus quàm soleat, significat pluuiam, nisi sit ventorum causa.

Coopercula vasorum ligneorum strictiora solito, pluuiam significant.

Calor in æstate intensior & magis pungitiuus quàm solebat, pluuiam citam significat. Aestate si minus tonat quàm coruscet, pluuiam ostendit. Calidissima constitutio æstatis, efficit aërē nos ambientem purissimum.

Calor inferius ad nostras regiones expulsus, futuræ niuis extat indicium:

&

& cùm ningere debet, aer offuſcatur quadam alba tenebroſitate: cùm verò futura pluuia eſt, nigra quadam tenebroſitate aer conturbatur.

Calor temperatus eleuat vapores.

Coruſcatio eſt pars aeris ex impetu aeris ignita & ſplendens. Fit autem poſt tonitruum: ſed prius videtur, quia viſus in inſtanti fit: auditus in tempore.

Coruſcatio ab aquilone tantum, in poſteram diem aquam portendit, & ab ea parte ventum validum.

Coruſcatio ab Auſtro vel Fauonio noćte ſerena, ventum & imbrem ab his partibus indicat.

Coruſcatio aere exiſtente ſereno, ſignificat calorem.

Coruſcatio iuxta horizontem abſq; tonitruo, ſerenitatem oſtendit.

Aeſtate veſpertinæ coruſcationes, aquam ante tres dies indicant.

Coruſcationes quietant ventos, & quanto tonitrua & coruſcationes fiunt validiores, tanto magis venti quietantur: vere autem & hyeme minus, ſi eadem ſigna.

Coruſcationum magnarum tempore capiũtur anguillæ quàm plurimæ: quia tũc aquæ cauernarum in quibus illę lati-

tabant, redduntur amaræ, & nutrimēto illarum incōueniētes, ac lutosæ subuersæq; propter descensum exhalationum ad illas, & sic fugientes capiūtur. Flores etiam & herbæ ea de causa arescunt.

Cælum cùm plusquam solito plenum stellis videtur, vapores iam aerem ascendisse significat, & ideo pluuias effundet. Cùm multa ignium iacula in aere apparent ad modum stellarum cursus, qui sunt vapores igniti currentes & micantes stellarum luminibus, relinquentes post se caudam, ventorum flatum portendunt. quòd si fuerint tales vapores ex multis mundi partibus currentes, diuersos demonstrant ventos, tonitrua & fulgura ex partibus à quibus vapores ignitæq; trabes fluunt.

Serò rubens cælum, manè indicat esse serenū. Cùm manè rubescit, ventus vel pluuia crescit. Cælo sereno existēte, nebula parua ventum procellosum dabit: facta pluuia, cessant venti celerius.

Cometes secundum Aristotelem, nō est stella: sed creatur & fit ex exhalatiōe calida & sicca. Accēduntur autem vapores ita collecti in magnam molem, à motu sphærarum cælestiū, mediocri igneo principio, ita vt nec cito cōflagrent, nec perpe

perpetuo ardeant, affluentibus etiam aliis vaporibus ex terra. Cæterùm quòd æstum faciãt cometæ, facile est iudicare, cùm tam ingens multitudo & vis exhalationũ in aere ardeat, per sex integros menses aliquãdo, vt Seneca testatur: breuissimũ verò durationis tempus (inquit Plinius) septem dierũ annotatũ est, maximum octuaginta. Cardanus dicit horum naturam mediam esse inter corpoream & imaginariam, ac in cælo fieri. Significat autem secundum ipsum Aristotelem, tempestatem vẽtorumq; intemperantiam. nam siue vno siue pluribus apparentibus cometis, ventus magnus semper emergit aut duratione, aut magnitudine. Quod autem portẽdit vredines & siccitates, testãtur historiæ, & ratio persuadet. Cumq; siccitatem in aere magnã significet, nil mirum si etiam quæcunq; sunt consequentia portendat: sunt verò hæc, penuria, sterilitas & fames: est enim siccitas nouerca fructuũ terraq; nascẽtium, aliquorũ magis, aliquorũ minus, vt rusticis quoq; notum. Ex his sequitur pestis. Quoniam autem ab humore sicco cũ in aere abundet siccitas, sequitur melancholiæ incremẽtum, ideo etiam manias, dæmoniacos morbos, rabiem ca-

num, luporum & vulpiũ, & morbos ex cholera & melancholia: deniq; vt habet Aphorismus 7. tertiæ sect. Hipp. in siccitatibus febres acutæ fiunt: & si annus magna ex parte talis fuerit, qualem fecerit constitutionem, tales plurimũ morbos opotet expectare. Licet autem cometes mala homini significet, deus tamen bona inde elicit: nã si moritur rex vnus, fiet fortasse alter melior: si succedit pestis, renouatur mundus, vel corrigitur. Est item signum corruptionis aeris & destructionis terræ nascentium ob æstum, quo etiam accensa bile & aliis corporum humoribus, facile ad irã homines prouocantur, & ad rixas & contentiones. Virgilius describens ciuiles motus secutos mortem Iulij Cæsaris, inquit.

Nõ aliâs cælo ceciderũt plura sereno
Fulgura, nec diri toties arsere cometæ.

Est quoq; signum terrę motus, bellorũ, mutationis regni, & etiam mortis cõmunis hominum, & animalium viuentium in calido & humido, & maxime regum, & principũ, diuitumq; magis quàm pauperum in illo climate vbi apparet, ob victus rationẽ diuersam, &c. Arguit etiam penuriam & defectũ leguminũ & segetum.

tum. Cometę apparitio, totũ annũ reddit suspectum, nõ autem solum tempus suę apparitionis & durationis: potissimũ verò minatur illi parti versus quam radios suos dirigit, & omnibus habentibus signum pro ascendente, in quo talis cometa apparet. Si scire vlterius velis vbi detrimenta futura sint, considerabis locum ad quem radij tendunt: ibi enim prælia, seditiones, venti, sterilitates, & morbi acuti erũt: atq; si hæc in eclipsibus contigerint, proculdubio naturaliter eueniũt: vbi autẽ præter illas, nõ ita, nisi magnæ & crebræ fuerint. quid verò magis ex supradictis euẽturũ sit, ex cometarũ ratione dicendũ. De generatione illarũ, varietate, duratione, ac locis, &c. potes videre apud Cardanũ in Cõmẽtario 53. lib. 2. De iudiciis Ptolemæi: in nocte videntur pulcherrimè sub crepusculis: non ita in die, nisi potenti modo. Locus cometes facile dignosci potest planisphærio: nã si in ariete, erit in Germania vel Britannia: & inspiciendo quòd tẽdat cauda, hac poterũt distingui. Si diu fulgent, diuturnus erit effectus: Si matutinæ, celer: si parum, breuis. Nõ dico tamẽ cometam esse prædictorũ causam necessariam, sed inclinãtẽ. Frequen-

tius autem circa ſeptemtrionẽ apparẽt: nec ſunt vnius & eiuſdẽ formæ, ſed multi & varij ac diſpares magnitudine, diſsimilesq; colore. de his Plin. lib. 2. cap. 25.

Cardui echinus ſpinoſus ex agris, vbi habitior factus eſt domum comportatus & in ædium tabulatis, camino vel contignatione, aut alibi appenſus, horrentes aculeis, & patentes ſuas alas ſi clauſerit, ſeq; veluti in nouũ habitum pro tempore compoſuerit, venientis pluuiæ ſignũ renouabit, vt in Prouincia omnibus notum eſt.

D

DElphines, mehrſchuuein Germanicè, tranquillo mari laſciuientes, flatum ventorum ex ea parte qua veniunt ſignificant: ſed quãdo mare eſt turbatũ, aquam ſi ſparſerint, ſignant tranquillitatem, inquit Ariſtot. Delphin ſuper mare natans & ſupereleuans ſe & immergens frequenter, aquam aut tempeſtatem denotat.

Diluuij ſigna receſſurus, à remotis prius incipiam. Areſcentia igitur & ſiccitas humidorum corporum ſignũ eſt remotum futuræ pluuiæ: nã ſignificant vapores humidos, qui ſunt antecedentes pluuiarum cauſæ, eleuatos eſſe, ac continuò

eleuar

eleuari, donec vapores (ſunt enim de natura aquæ) abſentibus ſtellis calidis frigeſcant ac inſpiſſentur, & in cauſas pluuiarum coniunctas tranſeant. Sequitur hinc ex mente Theophraſti, nunquã fore diluuium vniuerſale nec particulare, quin in eadem regione vel ſibi contermina ad minus per annum pluuię omnino abfuerint: quoniam magnum effectũ oportet cauſam magnã antecedere. non enim poteſt diluuium eſſe, niſi vapores multi & magni veluti antecedentes cauſæ præceſſerint. Secundũ ſignũ & validius eſt, ſi cum antecedente vredine ac ſiccitate fuerit naturalium fontium ſiccitas: quo namq; plurium fontium hæc ſiccitas fuerit, eò futurus imbrium exceſſus erit maior. Tertium adhuc maius, ſi cum ſiccitate naturalium fontium, fuerit fluuiorum aliquorum, vel plurium deperditio, in ea regione in qua hæc euenerint, diluuium eſſe futurum ſignificant, vel in ſibi contermina.

Quartũ adhuc efficaciſsimum, ſi cum fontium ac fluuiorum areſcentia fuerit maris alicuius aut aliquorũ, aut ex parte, aut ex toto diminutio, diluuiũ ſignificat regionis, vel pluſquam prouinciale. Declarauit ſiquidem Ariſtoteles, ma-

ria noua fieri ex reliquiis magnorũ diluuiorum: arescere verò denuo per generationem nouorum diluuiorum: per hunc enim modum probauit, quod nũc est mare. olim fuisse terrã: & quod nunc terra est, multoties fuisse mare. Quintum, si in æstate apparuerint iacula, trabes, dolia, cometæ plerunq; magnæ: quo namq; plures maiorésq; fuerint, hyemem significabunt diluuiosam, vel magnis pluuiis & imbribus abundantem, vel si non hyemem (ob propinquitatem) saltem ver tale fore demonstrabunt. Huius signum fuere igneæ acies sanguinem emittentes, quæ anno Christi 570. apparuere: nam post has pluribus diebus, continuis imbribus tanta aquæ vi auctus est Romæ Tyberis fluuius, vt magna populi strage humiliora loca submergeret: ac similiter aliis quibusdam in ciuitatibus & locis contigit. Sextum, si æstate in cælo aut etiã in terra hiatus, quos Græci chasmata vocant, frequenter pluribusq; in locis apparuerint, hyeme sequẽte vel vere in ea regione diluuiũ portendũt. nam magnam vaporum copiã exhalationumq; ad cælum ascendisse portendunt, quæ demum in aquam vertũtur. Septimum, si in cælo

lo voces, soni, armorum strepitus, tubæ, aut sub terra vel è terra mugitus vt boum audita fuerint (vt in paludibus cõtingere posse Aristoteles probauit in Problematibus) in proxima hyeme diluuiũ præsagiunt, tanto quidem maius, quanto hæc pluries & pluribus in locis audientur: quoniã hęc vapores multos & magnos eleuatos esse ad cælum, eleuariq; continuò, designant, qui pluuiarum & illuuionum causæ sunt. Proxima verò signa & cõiũctæ causæ plures sunt, de quibus in libro hoc particulatim diximus, quę scilicet pluuiam indicant. vt halo, iris seu arcus cælestis prope orientem, luna vel sole occidente: & si nocte dieq; pluries. Aliud signum sunt duo soles vel duæ lunæ, licet rarissimè visi sint. cùm tamen in austro spectantur, diluuium signãt in die soles, in nocte lunæ. Significãt enim vaporũ ingentem multitudinem imò ingentissimam esse in nubes pluuiales conuersam. Ex animalibus etiam verissima colliguntur signa, ac ferè impossibile est naturaliter fieri diluuium, nisi noua quædam animalia, quæ aut sub terra, aut in syluis, aut in aquis degebant, præapparuerint, vaporum motu perterrita: quæ vero ab aquis victum

victum querũt, ex magna ſiccitate aquarumq́; inopia regionatim mouebuntur, vt aquas quærant. Vnde fit vt terreſtria è ſyluis montibusq́; ipſis ad plana cultaq́; ipſa loca veniant, vocibusq́; horridis ac variis pro diluuij futuri metu, langueant: vt de lupis aliisq́; notũ eſt. Sciẽdum tamen naturaliter vniuerſale diluuium fieri non poſſe: non enim fit niſi propter exceſſum imbrium in tota terra, modò ſol nec per ſe nec vi alterius ſtellæ poteſt habere æqualẽ vim in tota terra, vt talẽ exceſſum faciat. nec poteſt eſſe vniuerſale, niſi vniuerſaliter nubes colligantur ſupra totã terrã: at ſub torrida zona nõ colliguntur, ergo vniuerſale eſſe nõ poteſt: oporteret enim vt ſol abſens eſſet ab omni regione. Noeticũ diluuiũ fuit penitus ſupernaturale. Idẽ de vniuerſali futura cõflagratiõe dico.

Deſiccatio rerum in tẽpore hyemali & pluuioſo ſubito facta, vt papyri & marmoris, ſignum eſt gelu. Echinos marinos tradit Ariſtoteles ſæuitiam maris preſagire, correptíſque operiri lapillis, mobilitatem pondere ſtabilientes.

E

ERinaceus, echinus Græcè, igel Germanicè, vulgo ericius terreſtris, facit

cit duo foramina vbi habitat, vnum versus Boream, aliud versus austrum: quodcunque horum obstruerit, ea ex parte ventum significat: si autem vtrumque, venti arguit magnitudinem.

F

Formicæ cõcursantes si ante oua gradiantur, signant pluuiam. Formicæ in cõcauo loco existentes si oua extulerint ex centro ad circumferentiam, seu ex intus ad extra, aquam significant: si autem deorsum tulerint, serenitatem.

Formica interlunio quiescit, plenilunio etiam noctibus operatur.

Fulica (Græcè dicitur λέπρος, vulgo Italico follata siue follega) & anates tam syluestres quàm domesticæ quatientes alas, aquam significant: submergentes verò se, & alas quatientes, ventum præ se ferunt.

Fauillæ ex lucerna, ventum significant aut aquam.

Fuligo cadens ab euaporariis magis quàm soleat, pluuiam significat.

Falx nigra quæ secuit herbas, pluuiam indicat.

Frigidissima cõstitutio, maximè spirante borea, aerem sereniorem reddit.

Fumus albus si eleuetur (ante solis ortum

tum & post solis occasum) supra aquas & paludes ac prata, calorē & serenitatē diei proximæ significat: si manè, ea die: si nocte, diem crastinam calidā indicat.

Fulmen est pars aeris collisione aliqua vsque ad obstaculum cum impetu veniens: vel est exhalatio calida & sicca à nubis lateribus violenter extrusa cum impetu vel incendio. Non est ergo fulmen semper lapidea substantia, vt quidam asserunt: si enim lapidea substantia esset, nō huc & illuc discureret, nec rursum reuerteretur: cumq; aliquod corpus feriret, carnem diuideret, ossa confringeret. Est autem materia crassa, terrestris, viscosa, valde decocta & exusta, & sæpius in nigrū vel rubrum lapidem vertitur, aut lapideum fulmen: eius verò forma est vt sit acutū altera ex parte, propterea quòd ad eam vapor primo inclinabatur cùm decoqueretur: hic verò cadēs à nube muros & arbores penetrat, nedum animalia, vt notū est. Si ergo exhalatio illa, quę est fulmen sit plus calida quàm impetuosa, partes superficiales alterat sine interiorū partium læsione, quoniam propter modicum impetū moram sufficientē in superficialibus partibus efficit, atq; ita caliditas si-

ne

ne penetratiõe cõburit pilos totius corporis sine vulnere. Sin autẽ fuerit valde impetuosa, sed crassa & multa, ac corpora quib. occurrit fuerint dura, illa frangit ad minutas partes: aliqua percutit cũ vulnere, ruina, fissuris, vt in arborib. cernere est. at vbi hęc exhalatio fuerit ęqualis quo ad impetũ & caliditatẽ, vtrunq; facit, quoniã alterat & vulnerat. Plinius lib. 2. c. 53. fulminum plura genera facit: quæ sicca veniũt, nõ adurunt, sed dissipant: quæ humida, nõ vrũt sed infuscãt: tertiũ quod clarũ vocãt, mirificæ est maximè naturæ. Ideo autẽ citius fulmẽ alta sternit, quia cùm ab alto abliquãdo descendat, citius alta reperit. Sola verò exhalatio ea facit fulmẽ lædens, quæ crassa est, ideoq; resolutioni resistit, adeò vt in terrã cadat antequam resoluatur. Cuius aũt exhalatio est tenuis, nõ pertingit ad terram. Effectus verò fulminum circa ea quæ contingunt, potius sunt admirãdi, quàm causa inde quærenda. Quis enim dignã inueniat causam quomodo fulmẽ integris & illæsis loculis aliquãdo conflat argentũ: vel aurũ adimit, loculis illæsis, manente vagina, gladiũ liquefacit: circa lignũ dilatatũ ferrũ, distillat: quòd fracto dolio, vinum stare facit, nec vltra

triduum ille rigor durat? pariterque ex dolio vinũ euanescat, dolio nullibi fracto? Vinũ quoque fulmine gelatũ, cùm ad priorẽ redit habitũ, potatũ aut exanimat, aut dementes facit. Sed cùm physicus sim, conabor effectuũ causas proprias immediatásque reddere. Vnus est igitur effectus quòd in casu magni tonitrui magnæq; coruscationis, vina in doliis corrũpuntur atq; subuertuntur: imò (vt Plinius inquit) dolia exhauriuntur intactis operimẽtis, nulloq; alio vestigio derelicto: huius autẽ causa est intensissima igneitas facilè penetrans & absumens: illius autẽ, quòd putrefactio est extraneatio quædã propriæ atq; innatæ caliditatis: cùm verò exhalatio sit calida & sicca, subtilis multũ ac penetrans, magnoq; impetu descendẽs, magna cũ violentia per dolij poros transit ad vini substantiã, alterãs eius propriam & innatã caliditatẽ, demumq; illud corrumpit: imò etiã, vt dictum est, aliquando doliũ fulmine percussum frangitur, & tamẽ adhuc stat vinũ, nec effunditur: cuius causa est, quoniam exhalatio illa quæ cadit cũ fulmine ignea est, ideo in vino circũcirca crustã inducit ad pellis modũ, quæ durans per tẽpus retinet vinum

nũ ne effundatur: ſimili ratione de aliis liquoribus. Secundus effectus eſt, quòd omne fulminatũ redditur venenoſum, vt vinum, vel animal, aut quoduis: nam exhelatio illa ſicca atque viſta vrẽs multas vini partes, vel animalis humiditates per viam ſuffocationis aut prohibitæ tranſpirationis, ea reddit venenoſa: & propterea ſapore & odore ſulfurea fiunt omnia. Tertius eſt, quòd bibens vinum fulminatum (vt ſuprà dixi) vel animal fulminatum comedes, aut ſubito moritur, aut fit demens. Cauſa verò eſt, quia ex veneno derelicto hæc vis acquiritur, quæ vel necat, vel dementem reddit. Qua etiam ratione fit, vt animalia venenoſa ſi fulminentur, in ſua venenoſitate corrigantur (nã venenum veneno pellitur ſæpius) quia propter coruſcationis exhalationẽ humor venenoſus extinguitur, paulatim cum fulminis exhalatione euaporando. Quartus quòd in caſu tonitrui & magnæ coruſcationis oua gallinarũ aut franguntur, aut ſterilia fiunt: cauſa verò, quoniã coruſcatio quæ eſt exhalatio cùm oua ferit, aut eſt craſſa, & ſic illa frãgit: aut eſt tenuis, & ſic penetrans per poros ouorũ ſpiritũ gignitiuũ calorémque innatum

in albumine cõtentũ dissoluit, sicq; ste rilia redduntur. Præterea fulmẽ aliquan do corporis pilos vrit, vt inguinis, axil larũ, & femoris, nõ lædens corpus. Aliquando corporis colorem alterat, & nihil præterea aliud. Aliquãdo interficit, nullumq; vstionis vel fulminis vestigiũ derelinquit. Aliquando contra in interfecto à fulmine apparet vstionis signũ. Corpora fulmine ictæ, & si exsiccentur, nunquã tamẽ putrescũt. Præterea omne percussum fulmine, caput vertit contra fulminis impetum. Arbor insuper fulminata, astulas euulsas cõtra fulmẽ erigit. Miraculum non paruum scribitur à multis, quòd cùm tres homines deambularent, ex casu fulminis, is eorum qui prauior erat raptus fuit ad secũdã vsque aeris regionẽ. Multa quoq; alia scribun tur, quorum causę perspicuę sunt ex his quæ diximus. Post hæc opportunũ est, vt cùm medicus sim, etiã remedia cõtra fulmen describam. Ac primum quidem est murus aheneus, nil conscire sibi, nulla pallescere culpa: nam conscientia bona vitæq; innocẽtia tutum apud Deum reddunt, sine cuius nutu nec foliũ cadit, ac propter peccata veniunt aduersa. Naturalia verò remedia sunt primo, vt inquit

quit Plinius, laurus albor: vnde antiqui fulmen timentes, lauri coronã suo capiti imponebant, vt Tyberiũ cœlo tonante solitũ esse, scribit Suetonius: idem de ficu fertur. Vitulos marinos fulmẽ non percutit, ideo tabernacula fiant pellibus eorum. Antiqui corrigiam ferebant ex horum pellibus contra fulmẽ validam, naturali antipathia. Similiter Grandinis impetum & fulminis ictum arcep pellis hyenæ, crocodili, hippopotami. Aquilam non ferit fulmen, hac ratione principes per eorum castra solebant aquilas educare, quòd à fulmine præseruarẽt, vt lib. 2. dicit Plinius c. 57. Fulmen occæcat, & aspiciẽti ipsum facies intumescit: remedium est in fulminis ictu faciẽ oculos, totumq; corpus operire, beneq; integere, aures etiam obturare, ne nimio sonitu dissoluantur. Valet à proprietate contra fulmen ferrum: vnde & ferentes ferri multum, à fulmine non læduntur, potissimum si tẽpore ictus ferrũ multa aqua aspergatur. Narrant autores boni corallum contra fulmen valere. Ferunt lapidẽ qui cũ fulmine cecidit (vt aliquãdo cõtingit) si in ostio suspendatur, domum à fulmine præseruare. Fertur etiã dormientes ac prægnantes nequaquam

fulmine tangi. Est & remediũ vt (amota superstitione) omnes vrbis cãpanæ sonentur imminente illo tempore: nam vi soni mouentis aerẽ sursum & ad latera, exhalationes ad tertiã aeris regionẽ expelluntur. Tẽpora & loca fulminum etiã referente Plinio libro 2. hyeme & æstate rariora fulmina, cõtrariis de caussis fiunt, quoniã hyeme dẽsatus aer nubiũ crassiore superficie inspissatur, omnisq; terrarũ exhalatio rigens ac gelida quicquid ignei vaporis accipit, extinguit. Vere autem & autumno crebriora fulmina sunt, corruptis ęstatis hyemisq; caussis. Crebriora spectãtur cùm sol per sagittariũ decurrit, & hanc ferè ob caussam poëtæ signũ illud sagittarium appellarunt. Hac ratione nec Scythia nec Aegyptus fulgurant. Scythia enim præ nimio frigore exhalationem nõ habet: Aegyptus præ nimio calore illas resoluit. qua de caussa in Italia fulmina crebra sunt, quia mobilior aer mitiore hyeme, & æstate nimbosa semper quodãmodo vernat, vel autũnat. In Cãpania hyeme & æstate fulgurat, q̃ nõ in alio situ cernitur: nã illic semper ver est. Quid autẽ portendãt, breuibus accipe: Quo in anno fulmen magna ędificia præcipuè tẽpla

pla elidit, frugum inopiam ac sterilitatẽ prȩsagit, & maxime fructuũ sui tẽporis.
Fungi cũ generãtur in lucernis, futurȩ pluuiȩ prȩsagiũ est. Lucernarũ autem fungus is carbonis globulus est, qui fungi faciem repræsentans, in ellychnij extremitate concrescit, & flammæ lumen obumbrat: nã cũ aer humidus esse cœperit, fauilla quæ cum fumo solet egredi, prohibita aëris crassitie in lucernis resīdet, & quasdã velut fungorum imitatur imagines. Virg. 1. Georg. Nec nocturna quidem carpẽtes pensa puellæ Nesciuere hyemẽ, testa cũ ardente viderent Scintillare oleũ, & putres concrescere fungos. G
GAllinæ si vltra solitũ se concutiant in qua, vel segregentur plures earũ in vno loco simul, & in pluuiæ principio quærãt tecturam aliquam se protegentes à pluuia, signum est magnæ futuræ pluuiæ. Galli cantus in nocte citius quã soleat, mutationẽ aeris aut ventum ostendit, & paulo post occasum solis cantans, indubitatã pluuiã prædicit: modo non æstate fuerit: motum enim vaporũ qui sursum petunt sentiens, expergesit & cantat. Gallinacæi pulli quũ plus solito pipiunt, imbrem immi-

nere signant.

Grues ab imis vallibus fugientes, pluuiā significant. Quādo grues volāt nec reflectuntur vel nō reuertuntur, serenitatē significāt: nō enim volāt, nisi vtiq; volātes prius serenitatē viderint. Grues abeuntes, tempus hyemandi indicant.

Gelu primum quod anno quouis accidit, si dissoluatur cū pluuia, quodq; gelu subsequens illo anno, cum pluuia pro maiori parte dissoluetur: si in principio gelu venti fuerint durantes orientales, gelu duraturum significant.

H

HErodius, id est ardea, in matutinis clamīs, aquam significat: super verò mare volans & vociferans, ventum præsignat.

Halos si æqualiter constituatur & appareat, serenitatē significat. Est autē corona quæ circa solem aut lunā cōgregatur: cùm enim in nubem nigrā finitur, imbrem præsagit. eoq; plus, quò sæpius aut continuatis diebus & noctibus apparet: nam etiam de illuuione timendum.

Hyemē asperam & intensam præsagiunt folia ęgrè de arboribus defluētia, & excisa fagis frusta lignea, si madeant.

Hirūdo circa aquam volitans, si sæpe

per

percutiat aquam propriis pēnis, vel vē-
tre paludes verberet, pluuiam indicat.

I

IGnis flāma si flexuose volitet, aut cū luminaria ex se flāmas elidūt, vel vix accēdantur, aut sublatis ollis ab igne eis dē carbo ignitus adhęreat, aut cū ignis scintillas emittit, vel cùm cinis in igne concrescit, carbóve ignitus vehemeter pellucet: hæc omnia significāt vētos, coruscationes & tonitrua: simul sunt futuræ pluuiæ signa. Ignes pallidi, murmurantesq; tēpestatum nuncij sentiuntur.

Iuncturæ patientiū podagras, & ossa fracta non bene curata, si doleant, pluuiam notant.

L

LVsciniæ domesticæ (præsertim mares) ineuntem brumam cātu admodum vocali tacentibus reliquis produt.

Lampyridarum seu noctilucarū stellantes volatus, maturitatis hordei signum dant rusticis.

Lupus vlulans, tempestatem significat: lupus cùm ad laborata, id est culta venit, & tempestatis tempus haud sit, tempestatem confestim significat.

In ęstate, interlunio tēpus est calidius, quia luna nobis proxima est: in plenilu

nio frigidius, quia cùm ſol ſit nobis pro ximus in æſtate, luna illi oppoſita erit à nobis remota. in hyeme autem plenilunia faciunt tepidiores noctes, quia luna nobis proxima eſt: vt nouilunia frigidiſsimas, quia luna abeſt à nobis.

Lunam conſpice tertia die ante coniunctionem, quãdo ſcilicet luna apparet cũ cornibus ſubtilibus, aut poſt tres dies à ſolis coitu quando apparet in occidente cum cornibus: quæ namq; luna apparuerit in talibus temporibus clara & nitida, & à nullo vapore circumdetur, aerem ſerenũ ſignificabit: ſed ſi luna ſubtilis apparuerit & rubea, & illa pars lunæ quæ non eſt luminoſa à ſole apparuerit clara, & cum quadam agitatione, ventorum flatum portendet, qui ex illa mundi parte procedent, à qua colores veniunt & cira lunam recedunt. Si verò luna nigra in talib. prædictis temporibus apparuerit aut viridis & ſpiſſa, hyemalem aerem atque pluuias nũciabit. Aegyptij obſeruarunt, ſi luna quarta exorta puro nitore fuerit, eſſe certũ ſerenitatis ſignum: quod & Plin. libr. 2. cap. 46. Cõuenit quoq; vt lunã contempleris tertia die ante oppoſitionem, ſcilicet quando eſt plena, vel die poſt op-

positioné:& sic etiã tertia die antequã luna sit media in lumine, aut tertia die post dimidiationé sui luminis: quę si clara sit & nitida, & à nullo circũdetur vapore, serenitatem significat. Si verò rubea fuerit, & pars non illuminata à sole clara apparuerit cũ motu quodã scintillatiuo, flatus ventorũ significat: vtq; superius diximus, ab illa parte procedẽt venti, ad quã ipsam declinat. Si verò nigra fuerit aut viridis & spissa, hyemalẽ aerẽ atque pluuias nũciabit. Est & alius iudicãdi modus, vt aream seu circulum respiciamus qui apparere solet circa lunam: qui si fuerit vnus & clarus, qui paulatim destruatur, significat aeris claritatem: si verò circa lunã duo apparuerint circuli aut tres, vnáve impura area significant aerem hyemalem, quia vaporum abundantiam indicant & crassarum fumositatum, quòd si circuli tales fuerint clari, ad ruboré vergentes, & quasi abscissi, fumositates Martis naturã sapientes demõstrãt: abscissi, motum fumositatũ significant, & ideo ventorum potentissimos flatus portendunt & aerem hyemalé. Si circuli tales fuerint liuidi, seu nigri, aut turbulẽti, aeré hyemalem cum grandinibus significant. Circuli

circa lunam abſciſsi, ſi ad nigram viridi tatē declinauerint, ſignificāt aerē hyemalem pluuioſum cum grandinibus & ventis: & quāto plures fuerint, tāto magis multam demonſtrant fumoſitatem & ſpiſſam. Cùm verò in vnam partem quaſi ruptus ceſſerit, illic vētus erit vnde ſcinditur: ſi pluribus locis ruptus fuerit, tēpeſtatē in mari nautæ expectant.

Circa lunā plures halones, pluuiam nunciant.

Plena luna nigra, præſagit aquas.

Lunæ rectitudo quando inclinatur, borealis eſt menſis: quando autē fuerit deorſum, auſtralis. Intelligo autem lunam primam poſt coitum, & per rectitudinem, cornua recta. Potiſsima vis lunæ eſt in Tauro & Cancro, quæ dum permeat, niſi fortes admodum obſiſtant cauſę, efficaciſsimè educit, cogit, ac dēſat nubes, indéque aquas extillat.

Luna rubens ventat, pallor pluit, alba ſerenat.

Lunæ motus per cęli quadras, magnū habet dominiū ſuper corpora humida: & ideo per ſuum lumē, & principalius per ſpecialē eius influentiā, facit mare tumeſcere & detumeſcere, fluere & refluere ſecūdum diuerſos eius reſpectus

ad

ad ipſum,& ſecundum quod fiũt in maiorib. aut minoribus fortificationib. ſuis. Hoc etiam fit quia luna habet proprietatem cum oceano, non cum aliis. Vnde dum luna mouetur ab oriente in meridiem, facit ipſum mare tumeſcere, & ex conſequenti fluere: cũ autem mouetur à meridie in occidẽtẽ, facit ipſum detumeſcere atque refluere: & conſimiliter dum luna mouetur ab occidente ad angulum noctis, mare iterum fluit: & dum mouetur ab angulo noctis ſeu à ſeptemtrione ad orientem, iterum refluit. Sunt tamẽ aliqua maria adeo craſſa ſeu ſpiſſa, quòd talem effectum à luna recipere nequeunt, vt ſunt maria mediterranea: & aliquod eſt mare in craſsicie medio modo ſe habẽs, quod ſolùm ſemel in menſe fluit & refluit. Flumina autem & ſtagna propter eorum ſubtilitatem inſenſibiliter euaporãt, ideo tumeſcentiam aut detumeſcentiam notabiliter non patiuntur.

Littora clamantia, vẽtoſa ſunt, & potiſsimum ſi ſubleuentur.

M

MOntes halitum dẽſum & craſſum vſqueadeo vt ne à ſole quidẽ & vẽto diſpici poſsit, perſpirare viſi, futu

ræ pluuiæ ſigna omnium oculis admo-
uent.

Mons qui ante eſt, ſi ſonuerit, vento-
ſum eſt. Manus homini cùm areſcũt,
imbres expectandi.

Milui ludentes & ſpaciantes in aere,
alter cum altero volando, ſignant calo-
rem, ſiccitatem, aeríſque ſerenitatem.

Muſca ſi in maiori galla quercus re-
peritur, bellũ prænũciat, vt inquit Mat
thiolus: at Cardanꝰ ait fertilitatẽ notare.

Muſcæ paruæ, ſi parũ ante ſolis occa
ſum cõgregẽtur ante ſolis radios ad mo
dũ formæ pyramidalis & ludant, ſignũ
eſt caloris & ſerenitatis craſtinæ diei.

Muſcæ atrocius mordẽtes quàm ſo-
leant, petẽtes os aut oculos hominis, al
teriúsue animalis, pluuiam ſignificant.

Maris tumor & agitatio ſignificat tẽ
peſtates, ventos & pluuias. Mare ſuble
uatum, & littora clamãtia, vento ſum. In
mari ſi fiant pappi multi qui fiunt à ſpu
mis, ventum ſignificant magnum.

Marina in tempeſtate canentia, ſere-
nitatem notant.

Mergorũ è flumine celer volatus &
clamor, pluuiã & ventos ſignificabunt.

Mare plus ſolito cæruleum apparẽs,
Auſtros nunciare tradunt: atrum, Aqui-
lones.

Noct

N

NOctua in imbre garrula vel ſere no tẽpeſtatẽ indicat: quæ & vociferans in tẽpeſtate, ſerenitatem notat: & nocte, tempeſtatem, quiete cantans.

Nubes dũ eſt integra, & ſpiritus intus diſcurrẽs, ſonum æqualem & continuum atque mugitibus ſimilem reddit, huiuſmodi tonitrua vẽturi imbris ſunt prænuncia. Sed cùm nubes in modum veſicæ eliditur vel exploditur, fit ſonus acutus, quo educto concidunt homines & exanimantur, quos propriè Attonitos dicimus.

Nebulas pariunt mediæ conſtitutiones inter calorem & frigus.

Nubes cùm ſereno cælo in altũ ferũtur, ex quacunq; mundi parte fiat, ventos emerſuros ab eadem mũdi parte ſignificant. Si nubes globarentur, appropinquanteq; ſole diſcutiantur, & hoc ab aquilone fiat, ventos demonſtrant.

Nubes parua, ſi poſt ſerenitatẽ factã apparuerit in aere diſtenſa & diuulſa, nondum ceſſat tempeſtas. Nubes apparentes in aere quæ aſsimilantur floccis lanæ, aliquando ſignificant pluuias cum frigore, ſed non multas: nam flocci vaporum craſsiciem oſtendunt.

Nu

Nubes que apparent gradatę & siccę ad modũ ouium gregis, ventos denũciãt.

Nebulosa tempora sunt serenis calidiora, cæteris paribus: causa autem est; quia serena tempora sunt exhalationũ magis expertia: nebulosa verò plena sunt exhalationibus, quæ suo calore aerem calefaciunt.

Nubes nigræ in aere pluuias inducũt: albę verò grandines tẽpore æstiuo: hyemali verò tẽpore, albæ nubes, niues demonstrant. Densæ compactæq; nubes humorum fœcundæ sunt, & versæ in liquorem cõprimente frigore, imbres effundũt: Raræ tenuesq; in roridas guttulas liquescunt. Nubes rariores & pinguiores frigore diuulsę cõcerptęq; velut in lanarum floccos & concretæ euolant in niuem.

Nubes in montiũ cacuminibus incidentes, pluuias significant.

Nebulę fiũt terra humẽtiore aquisue vapores exhalãtibus vberiores crassioresq; quàm vt aut discuti vi siderũ consumiq;, aut tã subito eleuari in sublime, cogiq; in nubiũ consistentiam possint.

Quædã est caligo seu nebula cõtingens tempore sereno, quæ si sursum petat per condensationẽ transit in nubẽ,

est

estq; signum pluuiæ. Altera accidit in pluuia, & decidit ex nubibus vt eius excrementum, estq; serenitatis signum.

Nebulæ igitur in aere apparentes, si cadãt & nõ ascendãt superius, aeris purgationem significant, & serenitatem.

Nubes albæ cũ multæ apparuerint, & præcipuè in horixõtis parte in vespere per duos aut tres dies cõtinuos tẽpore hyemis, frigoris & niuis extat indiciũ.

Turbatio aeris ad pluuiam, & nubes si sint magis quàm soleãt albæ, significant niuẽ, & precipuè cũ post talẽ apparẽtiã; aer aliquãtulũ calefactus sentitur, propter calidum quod de nube expellitur.

Nebula maris, si terram petat vento sibi contrario, pluuiam significat.

Niues cadẽtes in principio gelu, si subtiles & minutæ fuerint, fortius gelu notant: si verò latæ partes cadẽtes niuis, signant citam gelu dissolutionem.

Nemorum fragor, & commotio foliorum, ventos & tempestates indicat.

O

OVes tenellas, si ante maturũ tempus venerem experiantur, futuræ pestis esse præsagium affirmant.

Oues præter solitum nimis pascentes pluuiam præsentiunt.

Olei

Olei ſcintillatio in lampadibus ardentibus, pluuiæ ſignum eſt.

Oues aut capræ quãdo coiuerint, tẽpeſtatem longè ſignificant: oues ſi manè coeant, manè tempeſtatem indicãt. Autũno ſi oues aut boues fodiũt & iaceant vniti ad inuicem habentes caput, hyemẽ tempeſtuoſam portendunt: tardè coeuntes, ſerenitatem.

P

PLuuia aut nix quia rarò abſq; vento ceſſare abigique ſolet, idcirco vtraque ſi inſignis erit, flatuoſum aerẽ non procul abeſſe teſtabitur.

Pluit rarò vel parũ frigidiſsimis tẽporibus aut calidiſsimis: nam frigoris acceſsio nimia, vaporũ eleuationẽ atq; inde nubes prohibet, calor nimius citò nubes diſſoluit, vel diuidit.

Pulli quum plus ſolito pipiunt, imbrem notant.

Pruina cades in vere & autumno, ſerenitatẽ illius diei & caliditatem ſignificat aliqualem, ſecundum anni tempora. Fit autem in locis & temporibus frigidis. fitq; ex vapore qui immediate vertitur in gelicidium: ſignificat etiam cùm apparet in triduo futurã pluuiam, ob vapores maiores.

Pedes

Pedes si sudauerint, australis est mutatio, idemq; signum nebulæ.

Pruni si bene fructificauerint, tempestates multæ vehementer fient.

Porci seu sues manipulos fœni si dilacerent & abscondant, pluuiam ostẽdũt.

Passer clamans manè, tẽpestatem signat.

Pecora exultantia si indecora lasciuia ludant, pluuiam portendunt.

Pulices mordaciores existẽtes, pluuiam significant.

Pauones vltra solitum clamantes, pluuiam declarant.

Picus auis, Specht Germanicè, quæ & pluuiæ auis antiquis dicta est, validius quàm pro more stridere si obseruabitur, certò imbres indicat.

Pulmones marini vndis supernatantes, futuram maris procellam præsagiũt.

Planetę in suis stationib. maximè suas vires exerunt: Saturnus enim frigiditatem facit, Mars calorem, Iupiter temperamentum & serenitatem, Venus pluuiam. Ingressus quoq; planetarum in signa sui casus, tempora mutant.

R

RAnæ plus solito suum prosequẽtes garritum, pluuiam significant.

Et veterem in limo ranæ cecinere querelam.

Ros si manè non apparuerit, dum tamen à vento non impediatur, pluuiam vel gelu significabit, secũdũ anni tẽpus.

Ros fit ex vapore qui immediate in aquam conuertitur. fitq; in temporibus & locis temperatis.

S

SAlamandra visa, signum pluuiæ est.

Starnes si manè volauerint coadunatæ, manè erit tẽpestas: si autem tardè, tardè & multo tempore erit tempestas: & si reuertantur volantes, tempestatem significant. Sues quum multum granniunt, imbres expectandi.

Sciurus, Germanicè cychhorn, tempestatem præuidet. obturatisq; quà spiraturus est ventus cauernis, ex alia parte fores aperit, vt inquit Plin. lib. 8. cap. 38.

Sanguinis eruptiones atq; effluxus à terra, funestas clades & sæua bella portendunt.

Sol cùm oritur aut occidit clarus, ita quòd nõ tegatur ab aliquibus nubibus, serenitatem aeris in tali die significat. Si verò in eius ortu circulus aliquis circa solem apparens diuersorum colorum fuerit, vel ad igneam ruborem declinauerit,

uerit, aut solis radij per nubes transeuntes rubei fuerint & protensi, ita quòd videantur eius radij tanquam iacula, & rubei extra circulum separatim, talia accidentia significant ventos fortissimos: colores namq; rubei Martis naturã indicant, quare fumos & siccos ventos demonstrant.

Sol occidẽs ruber, vẽtosus est: quòd si post occasum solis in occidentali plaga nubes rubeæ vt carbones accensi apparuerint, certum ventorum signum sunt.

Sol si ruber vel puniceus ante eius occasum videatur, præsertim per magnum tempus ante occasum, vel per totum diem, & in occasu appareat magnæ quãtitatis, ventos sine dubio nunciat.

Sol cùm oritur aut occidit si circa ipsum nubes fuerint nigræ aut virides, aut nigræ cum permixtione viriditatis, & circulus circa solem sic apparẽs, aut ascẽderit cum nubibus nigris, aut viridibus, aut ad viriditatem tendentibus, aut ab ambab. partibus sol habuerit nubes extensas, pluuias & aerem hyemalẽ in tali die aut nocte significat: pro diurnis qualitatib. obseruatur in ortu, pro nocturnis in occasu.

Sol si magnus exoritur aut occidit,

pluuiarum præco est. quia solis illa magnitudo apparet propter aerem crassiorem, atq; ita significat vapores pluuiosos inter solem & nos interponi. Halo circa solem cum non celeriter resoluitur, nunciat pluuiam. Fit enim roridis & pluuiosis vaporibus interpositis. Paralium circa solem vnum vel plura, est magnum pluuiæ signum, eadem causa.

Sol cōcauus aut maculosus, vel sub nube oriens aut occidens, est pluuiosus: causa ex prædictis est.

Scillæ flos, vt Berytius scribit, virgata specie prosiliens, modo non celeriter emarcescat, largos frugum prouentus signat.

Sole descendēte si substiterit nubes à qua fundantur radij, tempestatis est signum: & quādo æstuose occidit aut oritur, si non fiat ventus, aquæ signum est.

Sol vbi nascentem maculis variauerit
ortum,
Conditus in nubem, medioq; refugerit
orbe,
Suspecti tibi sint imbres. Virg.

Sol oriens calidus & non scintillans, ventosum est signum: & si concauus videatur sol, venti aut aquæ signum est. Et si multis diebus calidus, siccitatem & ventos

ventos diurnos significat.

Signa in sole & luna, nigra quidem aquæ, rubea autem venti. Sole occidente tempore hyemali, si clarior & rubicũdior apparuerit quàm soleat, & tunc Boreas aut alius frigidus ventus flauerit, in sequenti nocte gelu significat.

Serenitatis signum est in pluuijs, cùm splendor apparet in semptentrione: in austro verò tumorosa nubes plerunque serenitatis signum est.

Senes & alij qui læsa ossa habent, & quartanarij, cùm frigore læduntur, gelu significant.

Salsæ carnes vberius si humectentur, & sal in vase liquescens vltra solitum, signa sunt pluuiæ.

Stellæ vndecunq; videantur currere, ventus exinde erit: si autem vndiq;, ventos multos indicant: nam prius illic ventus est quàm apud nos, ab eoq; ferũtur.

Stellæ si in hyeme clariores apparuerint, magni extat frigoris indiciũ. Stellę scintillantes hyemali tempore, magnũ frigus & gelu demonstrant: scintillatio aũt ista in fixis tãtũ videtur ob oculorũ nostrorũ imbecillitatẽ ex visus longinquitate: nam in planetis quia viciniores sunt, scintillatio nõ videtur. nutãt enim

oculi ac perturbantur, nõ autem Stellę.

Stellæ si maiores apparent quàm consueuerint & lumine & quantitate, ventum significant. Cadentes stellæ signãt futuram serenitatem postero die.

Sterilitatis est signũ, si in galla quercus nascatur aranea: est enim aranea frigidũ ac siccũ animal, quæ qualitates generationi omni ac vitę sunt cõtrarię, vt ait Cardanus: at Matthiolus de Vermiculo asserit. Frugũ semina cũ leuia fuerint aut corrupta, sterilitaté in eo genere futurã nunciant. Frugũ è cælo delapsus, annonę caritatem diuinitus indicat.

In fructibus etiã illud fermè ꝑpetuo verũ est, vt maximã vbertaté maxima sterilitas subsequatur, seu exhaustis arborũ viribus, seu quomodocũq; læsis germinibus: vt etiam ex grandine contingit.

Sterilitatis etiã aut penuriæ signum, imò verò causa potius, sunt horrida bella, per quorũ deploratã licétiã, & penè dixerim fatalé tyrãnidẽ, arméta arationi destinata passim abduci, horrea compilari, granaria incendi, aut ab auaris claudi, sementes euerti, & colonos partim trucidari, partim captiuos agi: nemo sine lacrymis, & suorum proximorũ iactura irreparabili audit, videt, experitur:

tur:qua etiam de re Psaltes inquit: Dissipa gentes quæ bella volunt. Psal. 67.

Si in vere sint signa frigoris & siccitatis, in fine veris cadet pruina iuxta plenilunium, & erunt paucissimi, fructus eo anno, vini fermè nihil. Si ver futurum sit siccum, pauci erunt fructus & boni & penuria frumenti. Quòd si ver frigidũ, fructus erunt serotini.

Si ver & æstas humiditate superflua madebũt, aut caligo vel pruina cum austris pluribus diebus (dum omnis parturit arbor, dum omnis floret ager) inualescere deprehẽdetur, fructuum inopiã illo anno, aut saltem corruptelam valide formidabis, multiq; erunt morbi.

Si æstas sit siccior, erit penuria frumẽti: fructus æstiui erũt salubres: pisces morientur: morbi acutissimi. Si verò calidior, erũt & morbi multi, & multa fructuũ æstiuorũ copia. Si frigidior, incolumis annus, fructus serotini. Autũnus humidior putrefacit vuas, vinaq; facit q̃ vere peruertũtur. Si sit vltima parte humidior, sequẽti anno erit penuria frumẽti. si siccior in prima parte, erit eo anno milij penuria. Si calidior, erit morbosus atque omnino malus. Si frigidior, autũnaliũ fructuũ fiet iactura in quãto & quali.

Hyems frigida & ſicca laudabilis eſt: frigidiſsima occidit arbores, maxime quæ cælo calido gaudent, vt punicum malũ, ficum, perſicum, malum medicum, vt citria, aurantia, limuniáq; .Si magis ſęuiat, vitem & oliuam, ceraſa & chryſomela. Calida verò & humida hyems, inſalubris & ſegetibus inimica. Omnis deniq; immoderata intẽperies, mala: & peruerſio temporum etiam mala, vel æqualitas illorũ. Ventorum quoq; multitudo noxia fructibus eſt, paucitas ſegetibus. Totius anni tranquillitas de peſtilẽtia ſuſpecta eſt. Vniuerſalis temporum diuiſio eſt hæc: Noſtro tempore vernũ æquinoctiũ eſt die decima Martij. Solſtitiũ æſtiuũ vndecima Iunij. Aequinoctium autumnale decimatertia Septembris. Bruma, vndecima Decembris.

Niues permultæ anno quopiam è cælo peroportunè deſcendentes, frugum terræ (modo cætera conſenſerint) copiã (vt grandines inopiam) ſignificant. nam cùm debitis temporibus nix accidit, herbas fœcundat, ac pabulat ſemina. materia enim niuis multum habet terrei calidi aerei commixti, quod paulatim egrediens bonum prębet ſeminibus pabulum, vnde gignitiuum ſpiritum ex

calido illo augent, aluntúrq; terrestri parte cum humido mixta: fœcunditas enim tum ab humore, tum à calore solis fit: vnde inutiles ferè & steriles in vmbrosis locis nascuntur plantæ.

Virgilius primo Georg.

Sedulus obserua cum se nux plurima syl
uis,
Induet in florem, & ramos curuabit olentes,
Si superant fœtus, pariter frumenta sequentur,
Magnaq; cum magno veniet tritura calore:
At si luxuria foliorũ exuperat vmbra,
Nequicquam pingues paleæ teret area culmos.

Terręmotus & locustę sępe pestis, frequẽtius sterilitatis causæ manifestæ & efficaces fuerũt. Pisciũ abũdantia sterilitatem nũciat. ab humidi enim copia fiũt pisces: triticũ autẽ ab humido tẽperato. Sic tritici vbertas ratione cõtraria, paucos pisces facit. Eclipses solis p̃sertim magnæ, si in florentẽ segetẽ inciderint, eo anno stipulę absq; granis colligũtur: & maxime fit illud si sol exoriẽs deliquiũ patiatur: causam vide si vis in Commentariis Cardani in 2. De iudiciis

Ptol.comm. 51.

Auium greges relictis insulis & nemoribus, agros, villas vel vrbes frequẽtare visi, & graculi turmatim syluis valedicere itidem conspecti: sterilitatem, ac triste nescio quid antiquis semper indicarunt.

T

TErræmotus est passio seu affectio, qua terra mouetur, facta à ventis seu vaporibus siccis in terrã inclusis, & à calore solis calefactis atque impulsis. Fiũt magis in vere & autumno quàm in æstate aut hyeme, vt in ventis dicetur.

Terræmotus in posterũ quoq; dira portẽdit, & in primis pestilẽtiã præsagit famemq; & bella deinceps. At verius dixero nihil portẽdere futuri, sed illũ ex naturæ necessitate suo tẽpore perfici, ac ob putridos exhalatos vapores aerẽ inficere & herbas & fructus, atq; inde homines inficiũtur. Inter signa futuri motus est cælũ silens, tempestates sopitæ, & in puteis aqua turbidior fœdiq; odoris. Est & in cœlo signum præcedẽs futuro motu, tenuis scilicet linea nubis, in longũ porrectæ spacium. Existũt maximi motus in solis lunæq; defectu: sed in hac re solis defectus potẽtior est. Durat aliquãdo

do terræmotus duos annos, aliquando ante quadraginta dies cessat: nam si secũdo die accesserit, nõ desinet vsq; ad 40. quos si transierit, ad vnum vel ad duos vsq; annos accidet, vel etiam tres, vt inquit Auerr. Potentissimum aduersus hanc luem remedium est, degere in regionibus ad septemtrionem vergentibus, maximeq; in his quæ climate siue segmento septimo continentur, vbi vel nulli vel rari motus existunt. Vis esse liber & tutus à terræ tremore, aliisq; id genus casib. periculosissimis? sit tibi animus contemptor mortis, sit mens impauida leti. hoc verò assequeris viua in Christum dominum fide, quæ per dilectionem operatur. Media verò vel remedia vniuersalia sunt primo de loco fugere (si potes) vbi non fit terræmotus, vt supra dixi: particularia autẽ sunt sub terris cloacas cuniculosq; & crebros specus facere: præconceptum enim spiritũ exhalant. Tutissimi sunt ædificiorũ fornices siue testudines: anguli quoq; parietũ, pontes alterno pulsu renitente, parietes laterício lapide facti minore quatiuntur noxa. Remediũ autem cõtra pestem est, terræmotus tẽpore dormire in alto, non in terrenis, à quibus pestilẽtes exhala

exhalationes manant. Terræmotus vniuersalis in tota terra esset supernaturalis: quoniam cùm non fiat nisi ex exhalationibus à sole congregatis in vno loco, non dispersim mouentur illæ, sed vnitim eo in loco, & circumuicino.

A tonitru sępenumero lapides & durissima corpora proscindi, magnósque terrores atque horrores mortalibus iniici, dixit Arist. 2. de cælo.

Tonitrua matutina & hyemalia, ventum significant & aquas: meridiana, imbrem. Tonitrua nouissimæ horæ diei, ingentem maris tempestatem, vel iram cælestem demonstrant, æstate si minus tonet quàm corușcet, pluuiam significat. Tonitrua æstiua in meridie & vespere, aquosum signum.

Tonitruum est, partium aeris sibi cum impetu concurrentium sonus.

Hermes cælestium rerum obseruator tradit, Si Ianuario tonauerit, eo anno in ea regione ventos validos portendere, atq; fertilitatem. Si Februario, multorũ mortem, præcipue diuitum. Si Martio, ventos validos, fertilitatẽ, & popularia bella. Aprili verò bonum & iucundum annum. Maio autem famem & inopiam. Iunio fertilitatẽ. Iulio bonam & vtilem

anno

annonã. Augusto reip. prosperitatem, sed hominum varios morbos. September fertilitatem, sed potentium cædes. October validum ventũ, annonę ac fructuum copiam. Nouember frumenti copiam, & annonæ iocunditatem. December denique si tonauerit, annonę copiã, & in populo pacẽ præsagire asserit. Plinius si in cubatu tonuerit, oua perire, sed hoc vniuersaliter negant mulieres. Talpæ si plus solito in terram operentur in minutis partibus fractam, pluuiam indicant.

Trifolium inhorrescere & folia contra tempestatem subrigere certum est.

Vespertiliones si citius in vespere & in maiori eorũ quãtitate volant quàm solebant, signũ est caloris & serenitatis futuræ proximæ diei. Et hoc etiã de crabronib. intellige, qui tamẽ si quasi intrantes & se occultantes sint foraminibus, tempestatem significant.

Vermes terreni interrumpentes trifolia (nam ea communiter non ingrediuntur) significant tempestatem.

Vermes exeuntes à terra, pluuiam significanr.

Vermes qui dicũtur centipedes, multi in numero reptantes, aquam indicãt.

Ventus.

Ventus est exhalatio calida & ficca, à sole facta, quæ impetuose à frigiditate mediæ regionis aeris propellitur, aerem ad magnam distantiam fugans.

Auster flat cùm oriuntur Vergiliæ, id est mense Maij. Aquilo flat oriẽte Orione, quod fit die sequẽti ad ortum Caniculæ. Fauonius flat mẽse Februarij cùm Fidicula occidere incipit: confirmatur autem cingulo seu zona Orionis emergente, id est circa decimum Februarij, inde aperitur terra pullulareq; incipit.

Obseruarũt mathematici quoties Iupiter fuerit Lunæ cõiunctus, nouos ventos nasci: quoties etiã luna cancrũ peragrat, mouere ventos. Quod si luna Iouẽ petit in cancro, ventorum flatus exoriri sine dubio videbis. Præterea si sol (vt dicũt) fuerit in capricorno, & luna in scorpio, vel capricorno, vel tauro, aut virgine, frigidissimos ventos concitat. Idem sol etiã efficit, si in aquario & Saturnus in opposito, luna alterum horum respiciẽte. Dicũt & Sat. in signo terreo retrogradum ventos sedare. Similiter & Martẽ. sed hęc astrologis relinquo, & secundum physicos assero nec tẽporibus maxime frigidis, nec maxime calidis spirare vẽtos, sed temporibus inter hæc mediis.

diis. Particulatim verò vẽti ſpirare ſolent mane & veſpere: nã in meridie ob ſolis caliditatẽ maiorẽ ceſſant. in media nocte propter maximã frigiditatem extinguuntur. Si ab aurora flare incipiunt venti, durant magis. auſter nõ incipiẽs, ſed deſinens, imbrem affert, quoniã eo incipiente adhuc aer calidus eſt, cùm è loco calido ſpiret. Secundũ eandẽ aeris partẽ hæc quatuor vera ſunt quę ex contrariis cauſis fiũt, videlicet quòd ceſſantibus aquis fiunt vẽti: ceſſantibus, vẽtis fiunt aquæ: cũ fiunt aquæ ceſſant venti: cum fiunt venti ceſſant aquæ. & hæc vt plurimum fieri intelligantur & reſpectu eiuſdem regionis.

Rubedo circa ſolem & lunam, ventorum eſt ſignum. Aeſtate vbi coruſcationes & tonitrua, inde ventus fortis ſpirat. Hyeme verò & autumno coruſcationes ſedant ventos: & quanto tonitrua & coruſcationes fortiores ſunt, tãto magis ventos ſedant. Somnium hominũ ſi fuerit de auibus. proximo die certum ventorum ſignum eſſe dicunt.

Hyeme venti circa auroram ſpirant, æſtate verò circa occaſum. Hyeme à parte orientali, æſtate à parte occidentis. Si Etheſiæ, qui temporales boreæ dicũtur,

multo

multo tempore flauerint, & autumnus est ventosus, trãquillam hyemem nunciant. Sin autem autumnus est tranquillus, vẽtosa hyems erit. Auster, Sirochus & Garbinus pluuias adducunt. Niuales Aquilo & Septemtrio.

Obseruarunt antiqui primam Ianuarij noctem: nã si serena erat sine pluuia, & tranquilla sine vento, annus futurus, plerunq; bonus erat. Si cũ vento orientali, pecoribus erat perniciosus. Si cum occidentali, regibus mortiferus erat. Si cum meridionali, populus moriebatur. Si autem nox illa cum septemtrionali vento emergeret, futurus annus censebatur sterilis. Nolo hic morborũ prognostica ex quatuor anni temporib. adducere, quę quilibet ex Hipp. & Galeno tertia sectione Apho. scire facile potest, Apho. 11. 12. 13. & 14. atque alibi.

Si vnum anni tempus fuerit serenum, & siccum, oportet alterum esse pluuiosum: vt si autumnus est serenus & siccus, hyems est pluuiosa. Si præcedens annus est siccus (cùm in siccitate eleuentur vapores) sequens est humidus. Similiter contrà, si vnum tempus fuerit pluuiosum, sequens erit siccum: quia oportet humidum sursum ductum redire, aliter

non

non seruaretur elementorum æqualitas. & humidum deorsum latum oportet sursum reuerti, vt seruetur (vt dixi) æqualitas & proportio.

Vnus & idem ventus contrarios effectus facere potest, & primarios & secundarios, & per se vnũ, aliud per accidens: nam Eurus à principio quidem siccus est, finiens autem aquosus. Boreas per se frigefacit, per accidens autem (calidum concentando) calefacit.

Venti validi omnes refrigerant & exsiccant & serenitatem pariunt: imbeciles calefaciunt & humectant, pluuias item gignunt.

Plerunque venti incipiunt cũ sole & oriente luna. Si autẽ oriente sole & luna non cessent, distenduntur venti, id est ad plures dies spirare solent. Luna diminuta, fiunt magis venti. Diuturniores autem & fortiores venti fiunt, qui incipiunt in die quàm qui in nocte, quia in die à fortiori causa fiunt: si ab aurora incipiunt, durant magis. Quando Boreas nubes multas mouet flans, magnam serenitatem significat. Eurus solus flans, ad se trahit nubes. Venti orientales sunt sicci, propter vaporum combustionem à sole factam, ideo siccitatem producunt.

Occcidentales humectant propter vapores crassos à sole relictos nocturno tempore. Expurgant ac serenant aerem septemtrio, Thrascias, corus. Pluuia cita prescitur per magnã nubẽ orientẽ ab illa mũdi parte à qua vẽti flant: & quanto intenſior ac maior fuerit nubes, tanto citius & certius futuræ & citæ pluuiæ signum est.

Auster cum atrocius flauerit, & postmodum Boreas flare incipiat, signũ est magnæ tempestatis, & maxime in mari.

Coruscationes cum vento boreali, pluuiam significant.

Tonitrua cum orientali vento vel occidentali, pluuiam vel tempestatem validam ostendunt.

Annus Borealis melior est Australi. iidẽ venti præcedente aere sicco faciunt pluuiam: præcedente humido pluuias.

Africo Euroq; vento flante, tum magis, tum maiora monstra præ cæteris temporibus somniare solemus, maxime si eò tunc humiditas in corpore modum excedit. Huiusmodi tamẽ flatus ad plantarum auctionem nimium præstant: pulicibus etiam & muscis, reliquisque istius generis animantibus naturæ nostræ infestis, maximo adiumento sunt.

Pur

Purgationem quoque cum his ventis assumere, bonum est: tunc enim membra laxa sunt, & medicinæ cedunt, quam Aquilo magnopere comprimit.

Vitreis corporibus ac parietibus perpolitis vel ligno & ferro vapidum nescio quid, & veluti roridum hærere con sequentibus diebus aliquot, absque manifesta causa: si videbis, & lacrymabile quiddam, saltē de superficiē præ se ferre: pluuiam intra breue tempus adfuturam, haud dubiè expectabis.

Vultur, Germanicè hasengeir, locum futuro bello septem dies antequam pugna committatur, præuidet, in eámque partē in qua alterutra pars succumbet, respectat. Quamobrem reges olim speculatores solebant præmittere, qui renunciarent ad quamnam partem vultures prospicerent. Ait quoque Plinius lib. x. cap. vj. Vultures cadauera futura & præsentia præsentire.

Vacca in cælum suspiciens, & captans naribus auras, pluuiam præsagit.

Z

Zonæ sericæ magis aridæ quàm soleant, pluuiam significant.

Zonæ pelliceæ, corrigiæ item, & similes ligaturæ solito cōtractiores red-

 ditæ:

ditæ : adhæc musicorum instrumentorum subtensæ fidiculę ruptim dissilientes, pluuiæ signa confirmabunt : nam ex prępuia aeris humiditate intenduntur, ac ita facilius rumpũtur. Sed longissimum foret ac præter scopum, hic omnium effectuum velle causas reddere.

LECTORI.

MEminerit syncerus lector, quòd vt omnis non fert omnia tellus, ita omne vbique non dat mortalibus omnia cælum. Erit itaque de constitutione aeris iudicium ad eum duntaxat horizontem referendum, in quo signa narrata apparebunt. Optimum insuper est, signum signo coniungere, & pluribus in vnum conspirantibus hærere.

VNDECIM SIGNA MOTVS TERRAE, EX ANTONIO MIZALDO, eadem ferè cum superius dictis à nobis.

1 ECLIPSIS



REGIO ad quam vmbra eclipsis luminariũ conuertitur, terræmotui obnoxia esse plerunq; solet: idq; certius, si defectus ipse in cauda draconis continget. qui quanto maior erit & vniuersalior, tanto motus validior experietur: quanto minor, contrà.

2 SOL

Ante terræmotũ sol diebus aliquot sine nube obscurus, & summa sub auroram cum frigore tranquillitas, necnon post occasum (vigente serenitate) nubecula per aerem strictim ac longiusculo exporrecta, sæpenumero apparuit.

3 NVBES

Ignita nubes, columnę speciem in aere præ se ferẽs, Callistheni philosopho trepidationis terrę signum verissimum exhibuit.

4 AQVAE

Puteorum & fontium aquas, ante ter

ræ concuſsionem abſque manifeſta cauſa turbidas fieri, & ſalſugine fœtore ve aut alio ingrato miniméque naturali ſapore infici, primus explorauit Pherecides, Pythagoræ doctor.

5 TRANQVILLITAS

Summam tranquillitatem, & ventorum ſilentium in regione terræ motui obnoxia, menſes aliquot precesſiſſe, antiquis obſeruatum eſt.

6 MARE

Nauigantes, futuros terre motus coniectura non dubia ſentire certum eſt, ſine flatibus intumeſcente fluctu ſubito, aut quatiente icti. Contremiſcunt & in nauibus poſita, æquè quàm in ædificiis, crepitúque motum ipſum prenunciant.

7 NVBECVLA

Nubecula in modum lineæ, occaſum verſus gracilis, oblonga & alba, terræ agitationem præcedere plerunque eſt viſa: quo ſigno Anaximander ſuas hiſce de rebus predictiones ſerio Lacedæmoniis aliquando confirmauit.

8 AVES ET QVADRVPEDES

Aues cũ quadrupedibꝰ pleriſque, loca ſuccuſſationi terræ peropportuna reliquiſſe, & nouas ſedes, quò ſe ab ingruente iniuria vindicarẽt, quæſiuiſſe, tam eſt obſer

obſeruationibus probatum quàm priſcorum libris teſtatum.

9 SOL ET LVNA

Terræmotu aduentãte, ſol ac ſi delinqueret caliginoſus, & colore quadãtenus cũ Cynthias ſorore veluti ſanguineo oblitus, à quamplurimus eſt conſpectus.

10 MARE ET CAELVM

Nunquam intremiſcunt terræ niſi ſopito mari, cæloq; adeo trãquillo, vt volatus auium non pendeant, ſubtracto omni ſpiritu qui vehit: nec vnquam niſi poſt ventos, in venas terræ, & cauernas occulto aflatu conditos.

11 SONVS

Præcedit motum terræ, & plerunque comitatur ſonus terribilis, murmuri, & mugitibus, aut clamori humano, armorũ've pulſantiũ fragori perſimilis: hoc verò (vt cauſam addã) cõtingit pro qualitate materiæ cohibitæ, luctantiſque & ad libertatẽ exire cõtẽdẽtis, formáq; vel cauernarum, vel cuniculi, per quem meat. Exilius reſonat in anguſto: raucus in recuruis reſultat, in duris fremit, in humidis & ſtagnantibus fluctuat.

Addo ego duodecimũ ſignum, quod eſt præapparens cometa: nullum tamen

horum signorum ad terræmotum significandum sufficiẽs est: propterea si multa concurrunt, significatio certa est.

Sic habes vnde certas rerum futurarum prædictiones reperies, præsertim

Belli.

Caloris,	Fertilitatis,	Gelu,
Calignis,	Fulguris,	Grandinis,
Corruptelæ,	Fulminis,	Inopiæ,
Diluuij,	Frigoris,	Nebularũ,
Niuis,	Penuriæ,	Tẽpestatis,
Pestis,	Roris,	Terræmotus,
Pluuiæ,	Serenitatis,	Tonitrui,
Pruinæ,	Siccitatis,	Ventorum.

PHYSIOGNOMICI LIBRI compendiosus index.

Lupi

FINIS.



GVLIELMVS GRATAROLVS DOCTOR MEDICVS, EGREGIO Iurisconsulto & Oratori D. Francisco Gratarolo, consanguineo suo colendo. S. D.



EMO *est mentis compos, qui post animæ sanitatem, corporis valetudinem, maximum in hac vita bonum esse neget: & receptissimum est carmen illud vulgatum, Optandum est vt sit mens sana in corpore sano. neque enim diuitiarum vlla gratia, aut liberorum aut regnorum, demumq; virtutes nec vtiles, nec conferentes esse absque sanitate possunt: id quod etiam ex Ecclesiastici capite 30. sic legitur: Potior est pauper sanus, & bene valens, quàm diues afflicto corpore. Sanitas & incolumitas præstant omni auro, & valens corpus immensis opibus. Nulle diuitiæ meliores sunt sanitate corporis, nec vlla voluptas maior lætitia animi. Nec Plato id ignorauit, cũ in suis legibus bona humana enumerans, quatuor numero, videlicet: primum locum dat sanitati, proximum formæ, tertium viribus, vltimũ diuitiis*

diuitijs: Recto quidem ordine sapientiq; vsus iudicio vir diuinus, quòd intelligeret, dempta sanitate, nullo nobis vsui futura reliqua illa tria bona. Sed heu pudor & negligentia, tam preciosum & amabilem thesaurum, rebus omnibus plerumque negligentius curamus & tuemur: qui tandem non nisi amittendo ferè cognoscitur. idcirco charitate qua præcipuè erga pios & studiosos teneor, motus, ac contra multorum dicacitatem qui omnes medicos mala tantum quærere, ac pecuniæ inhiare nugantur, compendium istud qua potui diligentia, & maioribus, quam res parua præse ferat, laboribus, concinnaui. Cuius causa non ita in Græcorum medicorum placita iuraui (quibus tamen potiorem ac omnem ferè medicinam debemus) quin ex Arabum quoq; præcipuis, veluti ex floribus mellificium apes, quod verum & rationi consonum visum est, selegerim, & quæ iam annis. 15 in vsu artis hac in parte obseruaui, adiecerim. Et quãuis huius generis multi ac varij existant libri ac libelli, quibus omnibus, suus debetur honos, plerique tamen vel nimia barbarie aut superflua prolixitate legentes afficiunt tædio: alij amethodi sunt, vel rerum incertitudine aut nimia breuitate parũ prosunt. num verò ego vtile dulci miscuerim cum iudicium esto penes doctos & candidos lectores, tum opus artificẽ declarabit. quod potui fideliter præstiti: nec me ita

fallit

fallit communis φιλαυτία, quin videam potuisse rem elegantius & vberius à doctißimo aliquo nostri temporis scribi. Sed hæc non edidi medicis, (vt pote quibus doctiora & longè ampliora non desunt) at his quibus aliis in rebus & studiis occupatis, longiores medicorum libros euoluendi, & iudicādi haud suppetit cōmoditas: qui boni cōsulent conatū meum & bonā voluntatem: quos, arbitror, nō pœnitebit emptionis ac lectionis huius libelli. Sed cum penè omnis elucubratio suos habeat Zoilos & detractores, nec deessent sub quorum nomine ac tutela hāc etiā emitterem, te, quo neminem ab ineunte ætate chariorem ferè habeo, elegi: qui (cum aliàs etiā sis magnarum iustarúmque causarum patrocinio assuetus) hoc paruū opus à calumniis æmulorum assereres: vt qui inter Iuris peritorū eloquentißimos, & eloquētium iuris peritißimos, in ista multis nominibus ampla Venetiarum ciuitate, fortasse nemini aut paucißimis secundus dicaris & existas. Nec verò defuturum tibi in rem medicam amorem puto, qui ex ea natus sis familia, & affinitate cum ea etiam cōiunctus, quæ multos iam diutißimè habuit & nunc magis habeat non triuiales aut empiricos, sed absolutos & claros medicos: ex quibus quos memoria teneo breuißimè recensebo. vt iuniores in familia nostra ad imitationem accendam, non quòd inde gloriam affectē, cum in sola CHRI-

STI *seruatoris nostri cruce ac cognitione syncera(inuito sathana & membris eius) glorier. Atque vt à tibi coniunctioribus incipiam, claret istic excelentissimus* D. Hieronimus Gratarolus *socer tuus, qui vel sola veneranda præsentia, ægrotantes (nimirum curabiles) in sanitatẽ, nedum in spem, reducit. hũc sequitur illius haudquaquam degener filius* Antonius, *auum suum paternum, ob praxim suam adhuc in multorum memoria hærentem, re & nomine referẽs, ac facile*(Deo iuuãte)*superaturus, cum & studiorum politiorum, & rerum omnium necessariarum commoditates nactus sit, ac iam laureã adeptus. non silebo diutius patrem meum* Peregrinum Gratarolum, *philosophum ac medicum talem cui nõ in patria modò satis ampla & doctorum numero celebri, sed etiam vicinis in regionibus pauci essent æquales, superior fortasse (pro ratione ætatis) nemo idq; eorũ qui illum nouerunt testimonio, nõ meo, quod aliquibus suspectum videri queat. is pestifero illo anno* 28. *supra sesquimillesimum, cum ob nimios (multorum precibus petitus) ac sedulos in actu medendi labores erga plurimos conciues* Bergomi *in grauissimum morbum incidisset, qui caput maximè obsidebat, nec se ipsum in eo genere morbi iuuare posset à quo plurimos parum antea in sanitatem asseruerat, accersitis nõnullis aliis medicis, tandem intra* 14. *dies obiit, ætatis suæ an-*

no, ni fallor, 56. an verò vi morbi, aut fato, aut alia causa, quã dicere super sedeo, Dominus nouit. ante meum ortum celeber fuit medicus & grauis Simon Gratarolus auus Simonis nunc Iure consulti elegantis, ac non paucis virtutibus in hac prima inuēta præditi. nec prætereundi sunt duo isthic iuuenes germani fratres Ioannes medicus, & Pasquinus Iuriſconsultus, quos nullis vel laboribus vel impensis parcere arbitror, vt in dies magis atque magis, tam grauibus professionibus respondeant. Sed faxit Dominus Deus & pater æternus, vt non minus Christiana fide, spe, ac charitate crescamus, quã diuitijs, & mundi fluxis, ac tandem vanis honoribus: vt in die illa impijs omnibus & incredulis tremenda, acceptabiles compareamus. Bene vale, ac me synceriter amantem, cum tuis omnibus perpetuò redama. Ex inclyta Basilea kalendis Martijs. M.D.LV.



GVLIELMI GRATAROLI DE LITERATORVM *conseruanda Valetudine Liber.*

PROOEMIVM.



VT ante omnia quod'nam hoc in opere meum sit officium, & quid in summa præstare velim, pateat: præmittendū breuissimè censeo, indicationes medicas à quatuor sumi capitibus, nēpè vel à sanitatis natura & causis eius, vel à corpore sano: vel à natura morbi suísque causis & corpore affecto: vel à medio seu à quibusdā communibus. Indicatio autē nil aliud est quā nota indicās quid agēdū secūdū rationē à rei natura cuius gratia vel agimus, vel affectū curādum sumimus: Quæ à natura sanitatis, & à corpore sano sumūtur, vnā habēt cōmunissimā indicationē, bipartitā tamē, cōseruationē scilicet & prçseruationē: cōser

seruationem quidem cũ corpus est exquisitè sanum: (quale rarò contingit) præseruationem verò cum corpus iam incipit in deterius labi: hæ'que duæ indicationes ac communes medicinæ ad nos in præsenti opere pertinent: nam cum conseruatio & præseruatio vel ad Gymnasticum vel ad medicum pertineant, ac Gymnastica ars nostris temporibus desierit, ad medicum solum pertinebunt, vt etiam Galenus in proprio hac de re libello, tum alibi voluit. Aliæ indicationes quæ à natura morbi eiúsque causis & à corpore affecto sumuntur, quæ res sunt præter naturam, quarum communissima indicatio est correctio & ablatio, ad medicum morborum curatorem spectant. Mediam autem illam communissimam quandoque conseruationẽ, quandoque ablationem, indicant causæ non naturales, nempè aër, cibus & potus, motus & quies, inanitio & repletio, somnus & vigilia, & animi symptomata: quibus adduntur ætas, temperatura, consuetudo, ars, & natura propria siue indiuidualis: Sunt autem media, quia quandoque conseruationem indicant, quandoque ablationem: ablationem

quidem cum, exempli gratia, aër ægritu dini aduersus est: aut enim alteratur cũ contrariis, aut mutatur: si vtilis, conseruamus cum similibus. ita, cum sanos conseruamus, facimus. Communes ergo sunt istæ indicationes, quia tam conseruator aut præseruator sanitatis, quàm ægritudinum curator, his vtitur. Meum igitur hîc conseruationis ac præseruationis munus aggrediens, sequar præcipuè illarum quinq; rerum ordinem Hippocraticum, quem Galenus cum alibi, tum in secundo de tuenda sanitate recenset: sunt autem, labor, cibus, potio, somnus, venus: in quibus, modo ac ordine adhibitis, sanitatem potissimùm consistere, hi duo medicinæ patres asseruêre. illis quinque, Deo iuuante, addam accessoria, res alias non naturales, & quæcunq; ad præsens negocium vtiliora esse videbuntur. De labore itaque seu exercitio narrationem, inuocato æterni patris per Christum auxilio, incipiamus. Hæc pauca præmittentes.

Quòd cum hominũ naturæ sint numerosæ, diuersam quoque victus & exercitij rationem postulant: ac proinde sicuti (inquit Galenus) fieri non potest vt vnum calopodium ad omnes homines

mines sutor accommodet, ita nec medicus vnam omnibus vitæ speciem quæ conducat, potest accommodare. Nonnulli si quidem sunt, qui si triduo se ab exercitatione abstineant, protinus ægrotent: alij in perpetua ferè quiete degentes, tamen secundam tuentur valetudinem: & in aliis rebus similis reperitur diuersitas. Cum autem vt corporum ipsorum numerosa diuersitas est, ita vitæ rationum quibus viuimus, sint species diuersæ: fieri nequit sanè vt in qualibet proposita vita, absolutè optimam corporis nostri curam exhibeas, sed eam tantum quæ cuique optima sit. Quare omnibus iis qui aut seruitute, aut etiam impediti negociis, corpori curando vacare nequeunt, optimam prorsus corporis curam scripsisse, superuacaneum fuerit. iis autem qui omni modo liberam vitam degunt, præcepisse fas est, quemadmodum victuri sint fœliciterque & diutissimè. Porrò quod simplex inculpatúmque in omni genere est, id cæteris omnibus ceu regula quædam præponi postulat. Ac simplex inculpatúmque in corporibus quidem est (velut Polycleti regula)

5. de Tuenda sanitate.

Aliorum omnium regula.

quod optimo est habitu: in vitæ generibus, quod omnino liberum est. Vt aliquis etenim in longissimum prolata vita, etiam bona valetudine perpetuò vtatur, is liber oportet sit ab omni negocio publico, nimirum sibi viuens dũtaxat, solique indulgens corpusculo. Etenim immortale fieri quod genitum est, planè nõ potest: vt verò in longum perduret tempus, id maximè fieri potest. Nam qui optimum (ait Gal.) sortitus est corporis habitum, si ab omnibus quæ ad publicum in vita spectant, secedat, sibique tantum vacet, nec morbo vllo quoad fieri poterit vnquam tentabitur, neque ante longissimum vitæ tempus morte occupabitur. Sed quis non modò inter Christianos verum etiam inter Ethnicos & Epicureos tam vecors est, vt sibi soli natum se esse putet, neque vnquam aut publici aut priuati alicuius cura illi sit? His certè (si qui sint,) non scribimus: sed illis qui quod superest temporis à legitimæ vocationis munere, curando corpori modestè impendunt, vt hominis proprias actiones integrius obire queant: non vt animum corporis voluptatibus seruire cogant, tanquam aliam superesse

Quinam diutissimè viuat

Non solũ nobis nos nasci.

Quibus scribatur hic liber.

esse vitam minime credant, atque idcirco solum curando corpori vacent: quibus Galenus in libris sex de Tuenda sanitate satis faciet, qui tam longa særie & exquisitè artem præscribit, vt ne inter principes quidem liberrimos & potentes & ociosos, vix puto aliquem reperias qui omnia sua, alioqui sanissima, præcepta obseruet. Quæ scribimus, omni ferè ætati conducent, pueritia & senectute vltima exceptis. quisque quod sibi opportunum est & cōmodum accipiat quātum potest. Ad ordinem igitur propositum redeamus.

De exercitio seu Labore.

QVoniam magna pars conseruationis sanitatis in oportuna corporis exercitatione consistit, vt Auicenna, & ante ipsum Hippocrates & Galenus, ait, obseruanda in primis exercitatio est. Laudatur autem cum ob alias causas, tū vel maxime quòd opportunè facta, prohibet ne repletionis materia congregetur, & corpori leuitatem præbet: quin etiam innatum calorem & seruat & mirificè exitat, totiúsque corporis vires instaurat, & omnes virtutes roborat. etenim tenuem calorem amplificat, & *Exerciti cōmoda.*

ſuperfluitates quæ paulatim congeruntur, quaq; die diſſoluit, & ad loca vnde egredi ſolent, adducit: tum membra ad ſuſcipiendum alimentum aptiora reddit, propterea quòd excrementitias materias ab eis expellit: ad hæc meatus aperit, in quibus facile receptus ſanguis ab altrice anima, virtutibus naturalibus bene miniſtrantibus quæ huic officio delegatæ ſunt, in ſubſtantiam membri vertitur: quæ nutritio aſsidua, vitæ perquam neceſſaria eſt. Huius enim virtutis ceſſationẽ, confeſtim mors ſequitur. Accedit & illud exercitationis commodum, quod cum ſuperfluos humores prohibeat, à pharmacorum vſu excuſat. Danda enim impenſa opera eſt, vt Plato in Timæo inquit, (quæ prius fuit Hippocratis ſentẽtia) ne pharmacis dum fieri aliter poteſt, corpus cõmoueamus: quoniam & ſi purgant, tamen inueterant: quæ etiam ſi venenoſa non ſint, qualia certè plurima ſunt, attamen ea ſumere per quam laborioſum eſt: tum quòd naturæ contrarium eorum officium eſt, quia humores à membris detrahunt, quos naturæ vires ad ea ipſa pro alimento attrahunt: tum quia præter malos humores quos educunt,

Pharmacorũ nocumẽta.

cunt, bonos etiam, necnon ſpiritus qui-bus vitæ conſiſtit, bona ex parte extra-hunt. Non ab re itaque ſapientes noſtri multa de exercitio conſcripſere ad vi-tandos morbos, qui ex paulatim facta repletione contingunt. Quippe cũ poſt nutrimenti diſtributionem, materiæ quædam ſuperſint, quas haud comple-tè natura euacuat, ſubindéque adauctę, ni educantur, committunt morbos: tum ad euitanda pharmaca quibus vel ſane-tur corpus, aut priuſquam morbi ve-niant, præſeruetur, per exercitatio-nem ſicut generantur, ita quotidie ex-pellantur opus eſt: rati ſi reliqua quæ paulò poſt narranda ſunt, rectè obſerua-ta fuerint, bonam poſſe valetudinem in hac præſertim ætate quæ conſiſtens di-citur, imò vero & antecedente & con-ſequente eam ætatem, paucis mutatis vel additis, bellè ſeruari. Senectutis re-gimen præcipuum hic non tracta-mus, quod præter Galenum, cum ab aliis in vniuerſum deſcribitur, tum præſertim proprio libello tractauit egregius ſenex medicus Antonius Fu-manellus Veronẽſis. Dabis igitur pie le-ctor operã (in Dei gloriã & proximi cõ modum) vt floridiſsimos conſiſtentiæ *V. de ſenectute.*

annos incolumes cum tua prudentia, tum etiam nostro consilio transigas: hęc namq; ætas flos vitæ dicitur. Transiges autem, si quæ à maioribus nostris præcepta, & hoc compendio per me notata sunt, diligenter obserues, quorũ potissimum exercitatio est. Quare recte Galenus, omnes amicos suos qui diligentem exercitij curam habuêre, semper sanos fuisse testatur. Sed quoniam non quoduis nec qualibet hora opportunũ & laudabile exercitium est, de tempore quo peragendum est, deq; illius generibus tractare iustum est. Tunc hora, vt inquit Auic. corpus exercendi peropportuna est, quando in eo ipso corpore quod exercendum est, praui humores non existunt, quos exercitium per agitationẽ & calefactionẽ per corpus dispergat, aut ad membrum aliquod princeps aut principi ministrans, aut aliam corporis partem declinare, vel intendere & putrescere faciat. Ad hæc alui & vesicæ excrementa priusquàm te exerceas, deposuisse, & cibum ante assumptum concoctum in ventriculo esse, operæpretium est. Nam & Hippocrates, præter rationẽ ipsam, præcipit vt labores cibos præcedant. Quamobrẽ post cibũ cauendam

Exercitij tempus.

6. Epid. Par. 4. Aph. 28.

dam exercitationem puto: quoniam & *& Gal. de Tuen da san*
accidentia animi fortia, & motus corporei fortes concoctionem impediunt, putredinisq; causa sunt: quamuis leuem ambulationem, vt cibus ad imam ventriculi partem accedat, (vbi melior fit cibi cōcoctio) profuturā arbitror. Postea quam verò cibus è ventriculo egressus est, nec tamē fortior adest fames, tūc competēs hora exercitij est, æstate quidem in exortu solis, ne duplici calore afficiatur corpus: primo autem vere & autumno duabus post solem exortum elapsis horis, vt frigus matutinum vitetur. Vt enim meridianus calor noxius est, ita matutinum frigus, autumno præsertim & hyeme, fugiendum est. quanquam & domi simulatq; de lecto surrexisti, exercere te valeas. Hyeme verò, tepefacto aëre in domo, aut in operto quouis loco & circa meridiem, exerceri Auicēna præcipit, ne cōmoda exercitij tollat frigus, aut impediat: nihil enim virtuti regitiuæ totius, frigore infensius est: præsertim cū maius quoddā excalfacto corpori repēte accidit. Cū verò plura sint exercitij genera, ea potissimū q̄ cognouero esse prę̄stātiora & magis his quibus scribo opportuna, cōmemorabo.

Anni partium exercitium.

Deambulatio. Primũ itaq; deambulatio occurrit, quæ frequentius præsto, tum leuis & fortis exercitatio esse potest. Nã si leuis motio & plana sit, debile exercitiũ est, quo feruidis mẽsibus & prima autumni parte vtaris, quoniam per hæc tempora calor aëris & siccitas præualet: non igitur (præcipuè bilioso homini) motione forti magis inflammandum, & exsiccãdum est corpus: & profectò nullum est tempus quo minus æstiuo exercendũ sit corpus: quamobrem quiete potius (in regione calida) quã forti exercitio est opus: quoniam nihil est quod innatũ calorem adeò incẽdat sicut labor & motus. *Aestas.* iterata verò perdiu & absq; interposita mora fortiusculũ exercitandũ est, quod verno tempore agẽdum est, quia vernũ exercitiũ iure optimo maius quã æstiuũ esse debet. *Ver.* Vnde lõgiorẽ ambulationẽ, suauem tamen, peropportunam hoc tẽpore arbitramur: longiorem quidem, vt superfluitates quæ per id tempus antecedente hyeme congestæ sunt, facile resoluat: Leuiorem autẽ, ne calefaciat, & nimia agitatione homines feruere (præsertim calidioris temperaturæ) faciat: id nanq; leuioris & longioris exercitationis genus calidis & humidis corporibus

poribus plurimum conuenit. Fortis autem ambulatio & maxime perardua atque inæqualia, vt per scalas ascendendo & descendendo iteratis vicibus, ita vt anhelitus magnitudo & frequentia adsit, verum & laudabile exercitium est, quo per frigida & humida tempora exerceare liberius. Est alterum exercitationis genus de quo scripsit Galenus, sed grauibus & occupatioribus viris, capitiq; læso inopportunum, qui ludus paruæ sphæræ seu pilæ dicitur. in hoc enim ludi genere omnia corporis membra & singulæ partes æqualiter mouentur: sed capiti obesse solet, quoniam deprimi frequenter euenit: idcirco dum luditur, stare, & caput erectum tenere oportet: id quod instrumento quodam quod ex reti & ligno in circulũ ducto fit, quo pila ludendo excipitur, ferè consequeris. Accedit suauissimæ exercitationis genus, quo opportunè rusticando, vti poteris: Equitatio nanque laudatissimum exercitium est, capiti & vẽtriculo ac intestinis maiorem immodũ conferens, quod priscis & posterioribus pergratum salubréque extitit. Laudo autem exercitium quod ab Auicenna ad trahendas materias à capite ad inferiora,

Deambulatio fortis.

Paruæ pilæ ludus.

Equitatio.

Exercitium pro capite.

riora, traditum est: fit autem in hunc modum. Ligato ligno in fune trabi infixo, appensis manibus, ita vt à terra leuatus sis, pedes mouendos te exerceas. Veruntamen optimè purgatum sit corpus necesse est, ne fortè superfluis humoribus ad imas partes detractis, abscessus contingat: Luctã verò, ac Palæstram, & saltationes, quæ inter fortia exercitij genera numerantur, vtpote publico aut studioso viro minimè congrua, non pertractabo. hîc tantum obiter hoc non præteribo, eos exercitatione vti debere vehementiore, ac contentiore deambulatione, qui valentioris alimenti cibum sumpserint, nempè venatu, palæstra, cursu, disco, pila parua: & summatim quodcunque exercitationis genus his conuenit, quod respirationem vehementiorem concitare possit, ac calorẽ augere, & tenui quodam sudore humectam cutim perfundere. Etenim exercitatio acuta corpus tenuat: contraria crassius reddit multa corpus siccat: mediocris obesum præstat. Iis autem qui tenui victus ratione vtuntur, satis erit etiam breuior deambulatio. Sunt verò alij qui impense calido temperamento sunt, & qui exercitari prorsus non debeant:

Lucta.

Exercitium fortius quibus cõueniat.

Qui nam exerceri non debeant.

beant: sed abunde his satisfaciant inambulatio, balneum, & mollis ex oleo frictio. graciliores nanque tales sunt, & biliosi admodum. Illud perpetuò obseruandum, vt tantisper se quis exerceat, dum nondum lassitudinem exercitatione contrahat, quam si suboriri persentiscat, desistere conuenit: ita enim corpus cum suis partibus exercendum est, ne excrementitiæ materiæ, quę augeri per ocium solent, congregentur, quum verò sudor apparet, laborq́; (vt dixi) non leuis in motu percipitur, cessandum ab exercitio, sudórque abstergendus est: tum paulò post quietem, reficiẽdum est corpus, ipsis nanque exercitationibus, sicuti & cibo & potui, aliisq́; rebus mensura congrua adhibenda est, quæ rem ipsam neque vltrà quam par sit, protrahat: neq; etiã de illa adimat: quia excessus dissoluunt vires: defectus verò tantum de vtilitate adimunt, quantum ipsi à recta mensura deficiunt, facultates enim nostrę robur sibi comparãt, si moderatis congruentibusq́; exercitiis foueãtur. Sed leuia exercitationis genera, quę vix nomen exerciti j merentur, tum quæ partibus corporis opportuna sunt, quã breuissime perstringamus: quorum primum

Exercitij terminus

Quid post exercitiũ fiendum.

Congruã in omnibus mẽsuram requiri.

Leuia partiũ exercitia. primũ iam antea explicatum est, suauis inquã deambulatio: Cui fricationes accedũt, quæ cõualescentiũ & ægrotantiũ interdũ exercitia sunt: non enim sanis *Fricatio.* sufficiũt, vt Plato in Timęo elegantissimè, quẽ Galen. secutus est, docuit, eas verò profuturas cũ in diuertendis à capite vaporibus ad extremas partes, tum in aperiendis meatibus vt facile difflentur materię subtiliores, credimus. Quinimò veteres ante & post quodlibet exercitationis genus adhibere fricationes & vnctiones cõsueuerunt: ante quidem, vt apertis per fricationẽ meatibus, facilius exire possent materię: post verò, vt quæ egressa materia est, abstergatur à cute, & quæ in carne retenta est, dissoluatur: quæ mihi res summopere cõferre videtur. Itaq; te hortor vt priusquã è lecto surgas, pectus, dorsum, & vẽtrẽ leuiter, fortius autem brachia & tibias manibus aut linteo calidis fricari facias: aut tu ipse quas potes partes fricãdo, te exerceas. Nam ea frictio concoquit etiã crudũ succum, simulq; corpoream molem animatis nutrit. quin etiã si contigerit sudor post exercitiũ, abstergi cũ leuiori fricatione facias. Dura porrò frictione ligari corpus, molli solui, multa extenuari,

tenuari, mediocri crassescere, autor est Hippo. Iuuerit etiam quando itur dormitum, si fortè capitis grauedo adsit, tibias & manus fricare atq; comprimere: ita enim vapores qui superiora petunt, ad inferiora deriuãtur. Vespertina insuper totius corporis frictio iis vtilis est, quos vel lassitudo valida premit, vel siccitas male habet, vel atrophia macerat: cui tamen olei perfusio tẽperati, seu inunctio, subsequi debet: nisi vngendi antiquorũ mos exoleuisset cum multis aliis rebus. Oleum siquidem non solum post, sed ante frictionẽ etiã in apotherapeutice seu recuratrice frictione post exercitationem ac lassitudinẽ adhibebãt, quod ad velocitatem frictionis conducit, remittit tensa, simulq; mulcet ac mollit membra defatigata. Leuissimum itẽ exercitationis genus & aptissimum est, vehi nauicula. Sed motiones quæ partes quasdam exercent, præter fricationes, particulatim percenseamus. Arcum manibus contrahere, lapides aut quæuis grauia sedendo aut stando iacere, brachiorum & vicinarum partium exercitium est, quanquam in hoc totum etiam corpus exerceri posse videtur. Vocem autem humilem primo,

Frictio in vesperi quibus cõferat.

Olei vsus in frictione.

Varia partium exercitia.

primo, deinde altam legendo mittere, linguæ gutturis, pectoris, ac pulmonis exercitatio est: quę etiã ventriculo conferre solet. Capitis verò exercitiũ præcipua cura obseruandum est, quoniã cerebrũ inter cæteras corporis partes frigidissimum est: seruandus igitur omni industria est suus calor innatus, & ne multitudine superflui obtundatur, diligentiore opera vigilandũ. Itaq; velim quotidie dum è lecto surgis, depositis alui & vesicæ excremẽtis, fricationibus adhibitis (vt monui) petiis lineis mundis, siccis, parũm calidis, ab anteriori parte versus posteriorem caput fricando exerceas, sintq; primæ fricationes leues, quibus fortiusculæ succedant, tum pectine anteriore prǽsertim & superiore capitis parte retrorsum trahendo, & rursus petiis (seu linteolis) caput mundando vtẽdum est: quæ si puluere ligni aloës vel caryophyllorum & rosarum siccarum suffiantur, cerebro ac sensibus longè magis conferent. Equidem præsentaneũ auxilium ex fricatione & pectinis vsu percipies: Naturalis enim calor excitatur, meatus aperiũtur, quibus obstructis materiæ retinentur & cerebrũm patitur: adapertis verò difflantur materiæ

Capitis cura habenda.

materiæ & vapores, cerebrúmque synçerũ & validum redditur. Inualuit opinio apud multos præsertim vulgares homines, caput nõ esse abluendum, habentq; vulgatũ sed minori ex parte verũ carmẽ, sæpe manus, raroq; pedes, caput verò nunquã, quibus breuiter dico, ea pręcipuè capita lauari debere quę cerebrum habent humidum: vel eorũ qui comam nutriunt, in quibus superfluitatum interiorum expulsio retinetur ob capitis & capillorum immunditiã, quæ non parum nocet, cum vaporum ac fumorum, poros obstruendo, egresſiones resolutionesq; impediat: quæ sordicies per conuenientem capitis ablutionem remouetur, ob ea incommoda dicebat Auicenna non conueniens esse capillos aut barbã prolongari permittere, quod sordiciem terrestrem crassam obstruentemq; circa radices retineant, nisi bene à sordicie mundentur. His igitur præcipuè ac etiam illis qui lauari consueuerint, bene calida vt lauentur Auenzoar præcipit: rosarum verò siccarum pugillus & ligni aloës nec non florum camæmeli, aut betonicæ in frigidioribus si tãtillum ea in aqua vel lixiuio debili infusum fuerit, certè præstiterit,

Capitis lotio.

Can. 3. Fen. 3. cap. de ophtalmia.

(qui caput debile aut frigidum humidúmque ac memoriam inde læsam restaurare voluerit, optima & facilia remedia reperiet in opusculo meo de memoria reparanda edito,) statim verò atque lotum est caput, lineis linteolis mundis ac siccis tum calefactis diligenti cura siccandum, benéque muniendum est ne vento aut frigore lædatur. Ego tamen non lauare, hyeme potissimum aut sæpe, satius duxerim, iis præsertim qui absque capillis vt plurimũ degunt, frequenti tamen vsu fricationes iam dictæ & pectinis ministratio habendæ sunt: quoniam præter iuuamenta quæ diximus, maximum etiam visui præsidium afferunt. Visus autem peculiare, exercitium est res minutas & luminosas non sine mensura aspicere: quanquam in Canticis Auicenna exiles figuras & confusas, tum subtiles & minutas literas inspiciendas non esse existimet. Auditus verò exercitium est sonos lenes, interdum etiam magnos audire. Sed à fortioribus obiectis vt in hoc sensu, ita in aliis cauendum est. Quoniam, vt Aristo. ait, excellens sensibile corrumpit sensum.

Visus exercitium.

Auditus.

Balneũ.

EXercitij vices supplet aliquãdo balneũ, vel aëreũ, vel aqueum in aqua dulci:

dulci: nā de mineralibus aquis quæ thermæ dicuntur, nihil dico, cum ad curationem morborum potius spectent, aëreo vtātur ieiuni qui crassiores sunt, & concoctis superfluis humoribus, aut excremētis abundant, aqueum verò gracilioribus magis cōueniet, cuius vsus varius est pro intensiori aut remissiori caliditatis gradu: de quo Galenus sic inquit, Dulcium calefactarum aquarum si temperata sint, vis calida & humida est: Sin tepidiores sint, humida & frigida: Quod si iusto calidiores reddantur, calida quidem, sed non perinde humida. Quippe horrere corpora, contrahíque exiles eorum meatus cogunt, ita vt neque madescere ab extrinsecus accedente humore possint, nec excrementi quod intus latet, quicquam emittere: ac paulò post: Balneum si probè adhibeas, ipsum quoque apotherapiæ pars fit. Nam duras tensasq; partes emollit, excrementum, liquamentumq;, si quòd intus ad cutem hæret, euocat. Qui corpore constant carnosiore, aut collectorum humorum multum circumferūt, noxam potius contraxerint intempestiuo horum vsu. Quibus tamen ipsis si euacuentur prius, iam impertiri hac iuuamentum

3. de Tuenda sa. cap. 3.

ſuum queant, vtpote quæ meatus irrigent, atq; expediãt, ſatisq; per halitum digerant. Sed quemadmodum in aliis rebus moderatus vſus immoderato anteferendus videtur: ita ſe quoq; habet balneorũ ratio, quippe haud quaquã præpropere iis vti oportet: potiſsimum ſi ex continua cruditate qui lauatur humores coaceruauerit, aut paulò ante cibis ſe expleuerit. Si quidem cibi nondũ cocti, humoresq; crudi accumulati, caloris ad cutẽ impetu, vnà & ipſi properant: quò fit, vt inde in poſterum, quòd craſſiores facile ſimul egredi nequeant, obſtructiones ſuccedant. Ad hæc in vehementioribus frigoribus, & anni tempore æſtiuo, æquè ſunt fugienda, nam hyeme, diſſoluti qui antea quieſcebant humores, dum inter digeredum à cõtrario anni temporis impetu, in incautos validius irruit inuaditq; frigus, in neceſſariam aliquam partem impelluntur, ac morbum ibi creãtes, grauiter hominem offendunt. Aeſtate verò media cum iam ardor viget, & calor ad externa propenſius fertur: balnei vſus, reliquũ quod eſt caloris diſsipat, ac internas ita facultates debiliores efficit. Quòd ſi locus, ætasq; hominis cõſenſerint, multò iam

Quando noceant balnea.

impen

impensius sunt vitanda. Siquidem conuenientem opportunumq; balneorum vsum maximè auxiliari est persuasum: (Nihil enim æquè concoquit, aut malos succos discutit, vt somnus à balneo:) at contrà obesse, prout alieno tempore, cunque minimè conuenit, vti contigerit. Porrò de frigidis lauacris, hoc est sermoni annectẽdum, ea insuetis, ceu plus lædẽtia quàm iuuantia, esse fugienda: præcipuè si occasio magni æstus & fortis iuuentutis ætas non suaserit, sed is qui vti volet, gracilis & subfrigidus fuerit. nanque in eiusmodi, frigus promptius ad profundiora penetrat, ac succos quodãmodo cogit, neruosq; ad motionẽ ineptiores reddit, vt taceã, quod interdũ in affectus his deteriores, qui temerè frigida se abluunt, incidant: atque inter cæteras optimũ corpus quoad augescit, frigida lauãdũ nõ est, ne eius incremẽtũ moretur. Vbi verò abundè est auctum, tũ frigidæ quoq; est assuefaciẽdũ, vt quę & illud roboret, & cutẽ durã atq; dẽsam efficiat. Tẽpus autẽ ad id percommodũ, est ęstatis initiũ, vt antea hyemẽ, toto interposito tẽpore, cõsuetudo minimè spernãda inducatur, incipiat aũt in die calidissima, & loco æquè calido.

Balneum frigidũ.

Frigidæ lotio quibus & quando cõueniat.

NVnc de cibo & potu agendum est. Principio illud obseruasse cõtulerit, vt simpliciore cibo vescaris. Simplex etenim cibus vtilissimus est, pestifera autem varia diuersaq; ciborum genera. Vnde veteres qui perdiu sani vixerũt, teste Galeno & Auicen. vnis epulis carnes, alteris panẽ solũ comedebant Nolim tamen vni cibo te, præsertim si iunior sis, assuescere: quoniam Galenus illum Hippoc. Aphorismum explicans, Quæ ex longo tempore cõsueta sunt, & si deteriora sunt, insuetis minus molestare solent: oportet igitur ad insueta permutari: ait, non debere nos vni rei addicere, ne ab eo more discedentes, labamur in morbos. Et Cornelius Celsus sanos vti victu populari debere consulit. Nimiam tamen ciborum varietatem fugere, profectò rectius & salubrius est: quia plurimum laborat stomachus seu ventriculus dum variæ naturæ cibaria concoquenda occurrunt. Humida verò siccis, & frigida calidis, & frigidis calida, tum acribus dulcia miscere, concessum est. Cæterum qui cibi in omnis excessus mediocritate cõsistũt, ij omnium comendatissimi sunt. Eius generis panes optimi habentur: prætereà gallinarum

Cibus.

2. sert. aph. 5.

Varietas ciborum fugienda.

Cibi qui commendentur.

rum

rum gallinaceorúmque carnes, nec non phasianorum, perdicum, attagenarum, columbarũ iuuenum, merularum, turdorum, turturúmque, & similiũ passerculorum. Pisces item saxatiles, pelagici, littorales, gobij, muneræ, percæ, & simpliciter omnes, qui neque insuaue, neque mali odoris, neq; glutinosum quicquam gustu repræsentant: de quibus infra particulatim scribemus. Dandi tamẽ cibi pro corporum diuersitate sunt: quibus enim sanguis est admodum melancholicus, humidi calidíque cibi sunt dandi: quibus verò biliosior, frigidi & humidi, verùm vbi pituitosus existit, cibis tunc opus est qui calefaciendi siccandíque vires obtineant. Sanguis porrò fit optimus, à modica exercitatione, & cibis tum boni succi, tum iusto tempore modóque assumptis: præterea potione tẽpestatiua, modiceq; assumpta. Nihil autem in cibariis omnibus ad boni succi generationem tam pertinet, quàm si probè in vẽtriculo concoquantur: hæc siquidem & secundam, quæ in iecore & venis fit, & tertiã, quæ in particulis quæ nutriuntur, perficitur, facilius concoctionẽ admittunt. Seruandus itaque est in sumendis cibis ordo con-

Cibi vt variãdi.

Sãguis vt fiat optimus.

veniens, vt ſtiptico & duro lubricus & humidus anteponatur: tum qui faciliōris eſt coctionis ante eum ſumatur qui tardè concoqui ſolet: vt oua ſorbilia ante carnes, antéque panem & alia id genus ſumenda ſunt. Similiter qui ſuapte natura facile corrumpitur, vt lac, pariter humidiores fructus, de quibus in ſequentibus diſſeremus. Nam cum cibus facilis cōcoctionis poſt eū ſumitur qui tardè cōcoquitur, ad inteſtina trāſire nequit, ſed à prius ſumpto detinetur: quamobrem diutius quàm par ſit concoctus cibus vētriculo immoratur, & corruptioni aptiſsimus eſt: quæ res bonæ valetudini maximum affert incommodum. Sunt tamen quædam ciborum genera paruum inter ſe diſcrimen coctionis habentia, quemadmodū gallinæ & lactentis vituli, tum pulli gallinacei & hœdi, nec non vituli maioris natu & iuuenci carnes: & tūc nihil impedit, ſi quæ duriuſcula ſunt ad concoquendum, ante alia ſumantur, quæ pauló leuiora, proxima tamē illis ſunt. Hæc (vt arbitror) fuit Galeni ſententia: nec ſine ratione, quoniam grauiores ad concoquendum cibi potentiore vi indigent vt concoquantur. cōfeſſum

Ordo ciborū ſeruandus.

Quæ cibaria ſimul ſumi queant.

autem

autem ab omnibus est inferiorem ventriculi partẽ superiore & media in concoquendi munere potentiorem esse. Itaque difficilioris coctionis cibi ante eos sumendi sunt, qui tãtum ab illis distant in facilitate concoquendi, quãtum potentia imæ partis ventriculi in coquendo à prima distat & media: quod discrimen iudicio periti medici cõmittendũ est. Primũ igitur iuuenci carnes ante vituli maioris. hœdi lactẽtis & vituli minoris, post vituli maioris carnes comedi: columbacei verò pulli nec non gallinæ & capi ante perdices & pullos gallinaceos rectè edi possunt. nec timor est eas corrũpi in vẽtriculo, tũ quia nõ facile corruptibiles sunt, tum quòd eadem ferè inter cibos in facilitate & difficultate coctionis, quæ inter superiorem & imam ventriculi partem, ad cõcoquendum proportio esse videatur. quapropter eodem tẽpore coqui possunt in vẽtriculo, quia grauioris cõcoctionis cibi ad inferiorẽ potẽtioremq; partem, leuioris ad imbecilliorẽ missi sunt. Illud præterea monẽdũ est, ne crudiores cibi edãtur, sed omnia diligenti artificio & coctione parentur. Cauendum tamen ne cupediis aut lautioribus *Cruda nõ edenda.*

condimentis illiciatur vẽticulus ad nimium cibũ: quippe cibus sua copia onerans, etiam si boni fuerit succi, cruditatem, alui profluuiũ, & vomitũ generare solet: Parcior verò quã necessitas exigit, causa est, cur corpus nõ alatur, & imbecillũ fiat, nec amplius cum pristina facilitate solita obeat munera, quòd corpus inane reddatur, neq; spiritui sufficiẽs alimẽtũ suppeditet. Quippe vt largior nutritio nocet, sic abstinẽtia omnimoda, nauseã inducit, vẽtriculũ lędit, resoluit vires, ac prauũ succum accumulat. Et quemadmodũ praua victus ratio segniores nos, ac mẽte retusa: eodẽ sanè modo, quę accõmoda sit, perspicatiores adq; intelligendũ aptiores facit. Sed in vniuersum hæc notata sint. Nunc sigillatim cibi & potus genera tractãda sunt. ac primo panis occurrit à pascendo (vt inquit Nonius) dictus. Vescẽdũ pane triticeo est ab extraneis rebus purgato. locoq; salubri collecto, qui cõueniẽti fermento cõfectus modicoq; sale conditus, tum bene agitatus manibus, beneq; decoctus, nec tamẽ exustus sit. eodẽ verò quo factus est die, posteaquã calorẽ ab igne cõquisitũ amiserit, Auẽzoar comedẽdũ præcipit, quòd in sanitate cõser

Nõ nimis irritãdus appetitus.

Partioris cibi incõmoda.

Extrema etiam vitanda.

Panis.

seruanda plurimũ posse putat: supra verò diẽ vnum comedi vetat, quoniã suam temperatã complexionem amiserit: & quanto magis induratur, tãto grauioris concoctionis efficitur. Auicenna tamen debere per noctẽ vnã panẽ manere ante quàm edatur, opinatus est: quãdiu verò calidus est, vitandũ putat: quoniã à natura (vt Auicenna ait) receptibilis non est, tũ sitim sua caliditate facit, ac propter vaporosam humiditatem natat in ventriculo, tardeq; descẽdit: quinetiam calorẽ extraneum immittit vẽtriculo, eiq; dominatur & officit. vitãdus igitur calidus est, & qui duos dies æstate, hyeme verò tres attigerit. Neq; oportet nos in purgãdis seminibus, quæ ad esum cõparãtur, esse negligẽtes: persuasos, etiã si noxã quæ quotidie fit, ob exiguitatẽ sensu nõ percipimus, ꝙ tamen lõgo tẽpore ex ipsa acceruatũ, (vt in multis rebus aliis fit) tãdẽ erupturũ. posteaquã de pane egimus, quẽ Homerus medulam hominum vocitat, ac sacræ literę cor hominis cõfirmare dicũt: nũc de vino, ꝙ ab eodẽ robur hominũ dicitur, ab hisdẽ verò cor lætificare, agendũ est. *Semina ante molitionẽ purganda.*

Vinum.

EQuidẽ in vino sita vis maxima est, variosq; & magnos effectus è vini potu nascẽtes, cũ ab Aristot. & Galeno,

tum à posterioribus medicis annotatos cernimus: inter quos præcipuus cũ breuitate ac postremò fuit clarissimus ac diligẽtissimus And. Matthiolus Senensis medicus: cuius nulla verba refero, ne commentarium ex commẽtariis frustra faciam, méque alienis plumis ornem, præsertim cum eius libri omnibus & vbique ferè sit expositi. Nam (vt succincte rem expediam) Vinum quod bonum est, si moderatè sumitur, copiosum & substantiæ mediocris, tum vehementis luminis & splendoris generat spiritum: ideóque & confortat ipsum, & animum recreat: quapropter non immeritò maximã lætificãdi & cõseruandi vim obtinet. Immoderate verò sumptũ, (vt hoc tempore à plurimis vbique fit) maximè noxium & plurium morborũ causa est: & enim cerebrũ sensusq́; omnes & neruos apertè lædit, totúmque corpus nimia humectatione conficit. idcirco & temperatè bibendum, & è meliori genere ac loco deligendũ est: quod vt assequaris, nonnulla vini genera (neque enim omnia possum, nec ratio cõpendij patitur,) quæ meliora habentur & sunt, perstringamus. Vinum præ cæteris eligendum illud est quod nec vetus

Com. Diosc. lib. 5. cap. 7.

Moderati vini vtilitas.

Immoderati nocumenta.

Vini electio.

ni

nimiũ, nec recẽs admodũ, sed inter nouũ & vetus mediũ est tum bene purgatum & clarũ, quodq; ad colorẽ vergat rubeũ, seu ad citriũ, tum bono sapore, nec nõ suaui odore præditũ sit: tali inquam sapore præditum sit qualẽ gustus nec acrẽ valde nec dulcẽ percipiat. res nanq; acres & põticæ, pariter & dulces, obstruunt facile: illæ quoniã cõstipant, hæ verò quia incõcoctæ, & præcipuè vinũ, ad membra & venas trãseũt. Vt putarit Auerrois (licet in re medica nõ multæ sit autoritatis) statim atq; bibitũ est vinum, ab hepate incõcoctũ trahi. Vinũ præterea albũ subtile, æstiuo presertim tẽpore, cum medicinæ proceribus laudo, hoc nanq; est quod Galenus medicorum princeps verusq; & legalis experimẽtator (vt etiã Auerrois ait) in multis Italie locis se inuenisse testatur: in quo nec asperitas, nec põticitas, nec stipticitas, nec amaritudo, nec dulcedo inuenitur: nec ab eo flatus generatur, solũq; hoc vinum absq; nocumẽtis inuenitur, quæ cætera vini genera & aque potum, sequi assolẽt. quamobrẽ vinũ hoc ætati validæ vel cõsistẽti, & tẽperaturæ calidæ, æstiuo presertim tẽpore, cũ propter alia, tũ etiã quod capitis dolorẽ nõ efficit,

Vini albi vsus.

3. Reg. ac. 10.

Vinum ablutum, seu Auicennæ.

cit, sed potius eũ tollit qui ex stomachi ardore prouenit, cõueniet. huic germanum est vinũ quod à priscis ablutũ dicitur, & in Italia præsertim in Gallia Cisalpina seu Lõbardia, Vinũ Auincennæ vulgò nominatur. Fit autẽ fere in hunc modũ: tres musti partes, aquę vna, simul coquũtur donec quarta pars minuitur: alij vuis calcatis aquam proportionatã iuxta vini potentiã addunt, ac post aliquot dies in vasa reponunt. Frigidiore verò anni tẽpore, aut temperatura vel ætate debilioribus, rubeũ vel citrinũ, ni aliud vetet, eligendũ est. Quod si fumosum valde extiterit, cõmixtione aquę tẽperandũ est, ne caput aggrauet & sitim pariat: nec tamẽ dilutius admodũ sit, quoniã ventriculũ debilitat, & vẽtositates in eo generat. mediocriter verò dilutũ, quod tẽperatũ appellatur, Galenus laudat: quoniã humores tẽperat, calorẽ naturalẽ excitat, & sine lęsione mẽbra penetrat. profectò vnũquódque ex his vini generibus pręsertim homini cõsueto, conferre solet: Nã virtutẽ roborat, tũ vtrãq; bilẽ, vrinã sciẽdo, expellit, & humiditates maturat, subindéque materias à superioribus ad inferiora inclinat. vnde caput alleuiat, nisi debile ad modũ

Vini temperandi modus.

Vinum vt variã dum.

modũ sit. Ceterũ in ipsorũ vinorũ exhibitiõe, nõ minus regionũ tẽporũ, exercitiorũq;, quã affectuum & tẽperaturarũ hominũ, ratio est habẽda, sicut moderata cõseruemus similibus, immoderata corrigamus cõtrariis. Tẽperaturis igitur (vt nuper innui) frgidioribus & siccis, rutillũ dulceq; vinũ, vtpote calidũ, accõmodatũ est. Cõtrariũ verò, tẽperamẽtis atq; dispositionibus calidis: Vitãda insuper quæ nimis vestuta sunt, nimisúe recẽtia. Nã illa præter modũ, hæc nullatenus, quãdiu recẽtia fuerint, calfaciũt: quæ tãtũ abest vt aliquẽ vsum cibis cõcoquẽdis afferãt, vt etiã ipsa met cõficiãtur ægerrimè. Superuacaneũ autẽ esse puto monere, ne vinũ ieiunus q̃s bibat, quia modestis viris scribo, nõ ebriosis: plurima etenim impedimẽta & pituitosos morbos huiuscemodi potus adferre solet: inter quos maxime verẽdus est q̃ apoplexia dicitur. Post epulas itẽ plurimũ bibere noxiũ est, propterea quod cibũ incõcoctũ penetrare faciat. Nũquã enim quãdo in vẽtriculo cõcoquitur cibus, licet multũ bibere Posteaquam verò è ventriculo egressus & bene cõcoctus est, ad abluẽdũ vẽtriculũ & penetrare cibũ in venas faciẽdũ, largiorem

Vina quæ vitanda.

Ieiuno stomacho non bibendum.

A cibo nõ bibendũ.

Sitis quomodo extinguatur. rẽ potũ Auicẽna cõcedit: ante verò, abstinẽdũ esse, nisi forte maxima vexet sitis, præcipit. Ad extinctionẽ verò sitis si fortior sit, parũ bibere, vel æstate frigida potius os colluere, satis fuerit. Granata itẽ medij saporis præstò fuerint, quæ etiã possunt quãdo ex vini potu mordicatio accidit. *Super quos fructus non bibendũ.* Super cibum præterea ex quo prauus humor gignitur, quale est fungorũ genus, bibere Auicẽna prohibet: similiter super tales fructus quales sunt melones, chrysomela, & id genus alia: quoniã vinũ huiuscemodi fructus ad venas transire facit, vnde hoc modo miscẽtur sanguini, & corruptionis eius causa sunt. Huius tamẽ cõtrariũ nostræ ætatis homines faciũt, qui vinũ & quidem optimũ (remediũ, vt ipsi aiunt, fructũ) cũ hisce fructibus libẽter hauriunt, & aliquando medicos socios & applausores habent. Satius autẽ foret si vẽtriculo subuenire velis ne ex frigiditate & humiditate illorũ fructuũ lędatur, id fiat sumẽdo anisum, aut cinnamomum, aut gingyber, aut mel, vel alia id genus. *Vinũ melli tũ, aut dilutum, cognoscere.* Accessorij loco ac veluti parergon narrationi de vino addã hæc paucula: Cõtingit aliquãdo (vt iam in summo est rerũ multarũ impostura) vinũ melle misceri

sceri, vt suauius ac dulce appareat: si igitur ita adulteratũ sit, illico dignoscitur, super candens ferrum conspersis guttulis paucis: resoluto enim vino vtpote tenuiori, mel residet, quòd sit substantiæ crassioris. Si suspicio est ne vinum aqua dilutum sit, pirũ in vino impositũ indicabit: nã si supernatauerit, merũ est vinũ: si fundũ petat, mixtũ aqua est, possem alia huius farinæ adducere, nisi hæc nũc satis fore crederẽ. Sed de hora comedẽdi iam dictorũ ac similiũ fructuũ genus, in sequẽtibus differemus, quãdo de bene nutrientibus cibis egerimus. Nãq; post panẽ & vinũ duo maxima ac præcipua vitæ ꝑsidia, carnes accedũt. Etenim (vt Auicẽnæ verbis vtar) Caro est cibus confortans corpus, & magis propinquæ conuersionis in sanguinẽ, præsertim si de laudabili quadrupedũ aut volucrum sit. Eligũt pro sanitate tuẽda sapientes nostri ex quadrupedibus carnes hœdorũ & vitulorũ lactentiũ: quæ eò præstabiliores sunt, quo & lacte optimo & bonis pascuis nutriti sunt. Animaliũ enim quæ sanã cõplexionẽ nacta sunt, carnes iuniorũ grandioribus natu meliores habentur: vt in hœdis, vitulo, & similibus: cõtrà in humidã temperaturã habentibus,

Carnis vu.

Carnium electio.

bus, minores natu fugiendæ sunt. Vnde Auicēna dicit, agnos annū decet attigisse. Maximā aūt in hoc vim habet regio, vnde in oriētali & meridionali plaga, agninas & ouinas carnes edere concessit Auicenna, quas ego in regiōe nostra humidiore & in humidis corporibus nō satis ꝓbo. Rarius itaq; & æstate potius & Autūno, quo tēpore siccitas viget, agninis carnibus vescēdū est. Quod si hyeme & primo vere interdū eis vesci cōtigerit, assatas potius quā elixatas edere, certè ꝓstiterit. Nō vetarim tauri iuuenis bñ nutriti bñq; exercitati carnes hyemali tpe ac vernali edere. Tūc eñi vētres calidissimi sunt natura, & somni lōgissimi, vt ait Hippocrates, quare cibū grauiorē ad concoquendum melius ferunt: æstate verò & autumno leuioris coctionis cibi edendi sunt: quoniā præ calore aëris imbecillior est calor innatus. Crassiores verò & ficciores ac duriores carnes, quales vaccinæ sunt, & aliæ id genus, reprobo: quoniā præter alia incōmoda q̄ propter duritiem & cōcoquendi difficultatem faciunt, illud maximum est, quod mentem è suo statu dimouēt. Domestici verò porci carnes, plurimum quidē alimēti afferre gustumq; oblectare nouimus, sed humidæ

Temporū distinctio in esu carnis.

Vaccinæ

Porcinæ.

midæ nimis (præsertim si iuniores) & ad cōquendum graues sunt. quamobrem iis qui laboriosas exercent artes, fortémq; habētibus ventriculum, relinquēdæ sunt: mediæ tamen ętatis vt à sex mēsibus ad annum, semota pinguedine multa, his qui restaurātiōe multa indigent, nec imbecilli sunt ventriculo, summo opere laudarem: cum nullæ carnes (Gale. etiā teste (nutriāt melius ac magis. Syluestres autem porci laudātur, quoniam exercitatione & pabulo sicciore minus humidi ac ferè temperati redduntur. Leporis verò carnes hyeme potius & primo vere suā ob siccitatem, rarò tamen, edendæ sunt: quoniam melancholicum humorem generant. Cerebrum tamen cerebro p̄sertim nimis humido, & corpori quod mollitiè laborat, plurimū cōferre solet. Pennatorū verò genera cum plura se nobis offerāt, nos gallinas & capos hyeme ac primo vere, pullos autem gallinaceos æstate & autumno edendos censemus, quia humores bonos generāt & malos temperant: quo tempore coturnices, quin etiam gallos syluestres qui Phasiani vocantur, & Perdices iuuenes edere optimum est, quoniā & bonæ cōcoctionis, optimi nutrimēti, & paucarū

Gal. de Euch. & Cacoch.

Lepus.

Aues & Altilia.

Phasiani. Perdices.

superfluitatũ sunt: tum etiã quia vẽtriculo cõferũt, & os eius astringũt, iuuenes dixi quoniã tẽperatiores sunt, quẽadmodũ & alia multa laudabiliũ auium genera: nã frigidæ & siccæ temperaturæ

Coturnix. dicũtur. Auicenna Coturnices non edẽdas putat, quod ex earũ cõmestione timeatur spasmus & tetanus, nõ solũ quia elleborũ comedant & eo nutriãtur, sed etiã quoniã in earum carne hæc sita vis est. Sed vrinã sæpe illas haberẽ: neq; enim eos morbos timerẽ incurrere. Sciẽdum verò antiquorum Coturnices esse Qualeas nostras, nostræ autẽ Coturnices sunt nemorũ aues rostro ac pedibus rubeis. Cęterũ harũ differẽtiã & historiã abũdè descripsit Al. Mundella Epistola

Passeres. 6. Passeres quoniã calidi nimiũ & sicci sunt, spreuisse, ac senibus vxores iuuenculas habentibus reliquisse, contulerit.

Turdi. Turdos secunda autũni parte hyemeq; concedimus, nimiã tamen eorũ pinguedinẽ vitandã ac ganeonibus relinquendam ducimus. Vituperabiles autẽ sunt quas Latini à sono vocis Querquerulas,

Qualea. vulgares autẽ Qualeas vocant: quoniã pauci exercitij sunt, tũ calidiores & pinguiores turdis sunt: quę tamẽ Italis pręsertim Mediolanensibus quo pinguiores

res

res sunt magis arridẽt. Colũbi autẽ domestici ad concoquendum grauiusculi sunt, precipue pulli qui nõdũ volare incipiũt, quoniã superfluũ humorẽ obtinent. Volantes autẽ pulli melioris humoris & leuioris concoctionis habẽtur. Sunt autẽ syluestres, quia exercitatiores, domesticis leuiores. Auicenna tẽpore æstiuo, propter humiditatem (vt puto) eos edendos putat: alibi succũ acerbæ vuæ quæ acresta dicitur, & coriãdrũ, ad remouendũ eorũ calorẽ, adhibet. cõtrà ego potius autumno qui frigidus & siccus est, tum hyeme ac primo vere borealibusq; tẽporibus, edendos arbitror: quorũ etiã humor, assatione, quadã ex parte tollitur. Turtures autẽ meliores sunt, quoniã minorẽ humiditatẽ sortitę sunt: quinimò putant multi siccæ cõplexionis eas esse: nec verò nimium calidæ sunt, mirabilemq; proprietatẽ cõfortandi cerebri & ingenij acuẽdi habẽt: quãobrẽ secũda autũni parte hyemẽq; tutò edi possunt. Magnarũ verò & aquaticarũ auiũ carnes vitãdas ducimus, quoniã prauos & atros humores generãt. Anatis aũt siue terrenę siue aquatilis carnes, plurimi alimenti sunt, sed grauioris cõcoctionis. Quamobrẽ Athletis & labo-

Colũbini pulli.

Turtures

Auerr. 5. Coll.

Aquaticæ aues Anates.

riosas artes agentibus, nõ delicatis & imbecillis corporibus, dãdæ sunt: quãuis ea-

Hepata. rum hepata nõ respuimus, quoniam bona & suauia sunt, bonúmq; succum generent. quemadmodum & pinguiũ gallinarum & pullorum hepata ab omnibus laudãtur, ꝗ multi & boni sint nutrimenti,

Testiculi paucasque incorpore superfluitates re-

Alæ. linquãt. Testiculi verò, præsertim gallorũ, oĩbus corporis partibus meliores esse dicũtur. Caro itẽ alarũ optimi est alimenti, quoniã exercitatior & cõcoctibilior est, pauciores, ob frequentem mo-

Caro circa ossa. tionem, superfluitates obtinens. Caro itẽ circa ossa existens, suauior & cõcoctibilior est: similiter ꝗ in dextra parte. Laxa autem caro, vt mamillæ & radicis linguæ, gustui, quidẽ grata, sed tardè cõco-

Partium carnis electio. quitur: cõcoctæ verò alimẽtum interdũ quidẽ flegmaticum, secũndũ plurimum verò bonũ est. Medullas & cerebella vẽ-

Medullæ. triculo infensas esse Auicenna monuit:

Cerebella. quanquã cerebro humano cõferre gallinæ cerebrum, & fluxui sanguinis narium quod ex velaminibus cerebri accidit, assatum præsertim cõferre, nõnulli putãt.

Pinguis. Pinguis item caro in flauam bilem & vapores malos facile vertitur. Vnde pinguedo & adeps pauci & mali nutrimen-

ti ma

ti materia sunt, cibumq́; in ventre suble uant. Rectè igitur Auicenna, pauculã a- liis carnibus miscendã cõcedit, secundũ mensurã quæ delectet. Probantur porrò vnumquodq́; etiã à genere carnis: quã- to nanq; animalium caro ab albedine de generat, tanto minus boni succi est: Cõ- muni verò omnium ratione, ex his quæ speciei eiusdem sunt, quæ tenera adhuc ætate sunt, alimentum præbent humi- dius: ætate autem consistentia, calidius sicciusq́;. vtriusq; deteriora, quæ iam cõ senuêre, quòd humorem adaugeant atra bilarium & excrementitium: idq́; quo maiore corporis mole cõstiterint, fue- rintq́; exercitatiora. Agrestia quoq; do mesticis calidiora siccioraq́; sunt. Quæ tamen si cõgruo omnia vsu exhibeãtur, pro conuenienti nimirum temperamen ti ratioẽ, nihil incõmodare existimen- tur. Salitæ verò quamuis ante acceptum salẽ fuerint humidæ, vim tamẽ exiccãdi & calfaciendi vehemẽtem adeptæ sunt, paruiq́; alimẽti euaserunt: ac in vniuer- sum salsamentũ omne putrescẽtẽ corru- ptũq; sanguinẽ ac melãcholicum gene- rat, & nocet hepati. Quamobrem rarius humidioréque tempore, hyemali scili- cet, edẽdę sunt. illud prætereà Auicẽnæ

Carnis genera.

Salita caro.

Color. notare nõ piget, nigri animalis carnes, si
Sexus. militer masculi, suauiores & leuiores esse. Auezoaris quoq; magni experientia viri sentẽtiã hoc loco citare(vtpote salubrẽ) volui: is enim subitò, aut certe nõ multo post atq; interfectum animal est,
Carnes non diu mortuæ, edendæ. carnes edendas esse arbitratur. Quod si duriores sint, quales Anatis syluestris & veteris turturis, post necẽ p duodecim horas hyeme, p septẽ verò æstate, coquẽdas exindeq; edẽdas autumat: nec cõtra
Gal. de Attẽ. vic. ratione. riatur Galeno: quã ego sentẽtiã & laudo & probo: Alterãtur enim ab aëre, & ad putredinẽ parãtur, quãdo occisæ manẽt, humido potissimũ & calido in aëre. id apertissimũ in piscibus est, qui meliores procul dubio sunt, quũ simulátq; exempti de aqua sunt, decoctos edimus: quãuis ob aqueũ humidũ citius putrescere pisces non ignorẽ. Quãobrẽ recte fuerit si aliquo salubri artificio carnes coctiles reddantur, quo citius atque fieri potest.
Calidæ an frigidæ sint edendæ. post necẽ coqui & cõmedi valeãt. Meliores aũt calidæ hyeme pſertim & autũno, quã frigidæ sunt: pter hœdinas, quas Auicẽna miliores esse frigidas, quoniã earũ qescit vapor, quã calidas, arbitratur: agninas verò calidas potius. quãquã vniuersalẽ tradidit regulã, vt alimẽtũ ac po

tus,

tus, dum hyeme sumũtur, sint actu calida: æstate verò frigida: sed neutrũ ad rẽ perueniat, q̃ tolerari nõ possit. Artificiũ verò tale sit. dũ pinguisculæ carnes & tenerę valdeq; humidę sunt, assari, hyeme præsertim & vere, expediet. reliquas verò elixari, æstate pręsertim & autumno, conueniet: quoniam & leuioris concoctionis sunt, & siccitati quæ viget per id tempus, obsistunt. Assatarum item carnium interiores potius, quoniam meliores humiditates intus collectæ sunt, quã exteriores partes, edẽdas putamus. Ligno Iuniperi veru factũ carnes omnes q̃ in eo torrentur odore afficit iucũdo. Caro assata omnis tũc optima est atque tollẽda, cum optime olet: Saporis enim indiciũ est odor. Hactenus de carnibus. Nũc reliqua alimẽti genera percenseamus: inter q̃ meliora esse oua gallinę, p̃dicis, & phasianæ cognoscim⁹: atq; semidecocta ita vt sorbilia sint, Dioscorides laudat: quoniã & facilis cõcoctionis & optimi sanguinis materia sint: tum inter cordiales cibos Auicẽna enumerat, vitellũ cõplexionis tẽperatę cõstituens: quãuis in Canone 2. vitellũ ad caliditatẽ, albumen verò ad frigiditatẽ vergere, totũ verò tẽperatum esse tradiderit. Serapio

Regula.

Carnes coquendi varietas.

Assatæ carnis cognitio.

Ouarum consideratio.

aũt plus frigidũ quã calidũ esse arbitratur, nec iniuria: plus eñ frigidũ albumẽ est, quã vitellus calidus sit: quippe qui tẽperatus aut propè tẽperamentum esse credatur. Sunt autẽ ante alios cibos sumẽda, quoniã & velociter cõcoquũtur, & ocyus descẽdũt è vẽtriculo, & ocyssime (præsertim vino cõmixta) nutriunt: etenim oẽs boni nutrimẽti proprietates obtinẽt, quod velociter in sanguinẽ mutabilia sunt, minimũq; superfluitatis relinquũt: postremò subtile & clarũ sanguinẽ, quo princeps mẽbrorũ alitur, generant: quippe qui subito ad ipsum cor pellitur, & in dissolutiõe substãtiæ spiritus & materiæ cordialis ꝑsentissimũ remediũ est: q̃ verò assata & dura, efficiuntur ad cõcoctionẽ grauia, & in vapores fumosos cõuertibilia sunt, vẽtrẽq; inferiorẽ stipticũ reddunt, quẽ sorbilia leniũt. De q̃bus hæc sunt Galeni verba in de Euchymia & Cacochymia circa lib. principiũ. Cochleæ (inquit) crassi succi cẽsentur: itemq; oua, q̃ vel elixa, vel tosta, penitus sint densata. Frixa verò, mali succi, fumosæq; in vẽtriculo cocturę existũt, secũ etiã corrũpentes admistos cibos. Mediocriter verò cocta q̃ ideo appellãtur tremula, ad coctionẽ, digestionem,

Oua dura

Cochleæ.

Gal. sententia de ouis.

nem,nutritionem,boníque ſucci generationem,ſicuti & quę ſorbilia dicimus, ad leniendas gutturis aſperitates, idonea ſunt. In lacte & ouis multa eſt copia pinguis humidi: in hoc quidem vt alimenti, in his verò vt ſeminis. Piſcium oua longe minore tum calefaciẽdi, tum nutriendi facultate prædita ſunt: quanto nanq; auium carnes piſcium carnibus præſtant: tanto ſanè magis piſcium oua ſuperantur ab iis, quæ auium ſunt. Lactis vſum in ætate conſiſtenti potius quàm in adoleſcentia Auicenna concedit: vnde colericis ipſum conferre putat. phlegmaticis autẽ obeſſe. quãquam ait lac cum corporibus proportionem habere, quarum cauſæ non comprehenduntur, nec bonũ eſſe viſceribus, & ſtomacho nocere, tũ caliginẽ & tenebroſitatem viſus facere, dentibus obeſſe, nec ꝛenis infenſum eſſe, in venis meſaricis obſtructiones gignere, & corrumpi facile ac in acetoſum verti, capitiſq; dolorem efficere. Vnde vt hæc vitentur incommoda, iubet ſolũ hauriri: cui, poſteaquã ſumptum eſt, quietem adhibet: póſtque ipſum dormire, nec quippiã aliud edere donec deſcendat: tum vel maxime acetũ vel acetoſa poſt ipſum ſumi prohibet.

Piſcium oua.

Lac.

Conſulo

Lactis correctio Consulo tamẽ ne in ventriculo coaguletur, vt secum sacchari parum, aut salis, mellísue sumatur. Sal corrigit lac & omnia cibaria: mel etiã comestũ, lac corrigit. *Lactis cõmoda.* Porrò lactis commoda sunt, vẽtris moderata deiectio, succi bonitas & nutritio: pascuis ipsis quoq; animaliũ, quorũ lacte sumus vsuri, non parũ ad hæc conferentibus. *Lactis electio.* Cum plura verò sint lactis genera, humanum certè melius ac præstantius est, quoniã corpori & præcipuè cerebro iuuamentũ affert. quippe quod cerebrũ augere creditũ sit. Postea caprinũ, quòd temperatũ ponitur, minorẽq; butyri partẽ obtinuit: similiter camelinũ & asininũ, quòd ob animalis naturã casei habet minimum, atq; ob id egregie purgat, & salutare est. Vaccinũ autẽ & ouinum pinguius est: eò autem laudabilius est quo meliori & temperatiori pabulo nutritur animal cuius lac bibitur: *Lac quando sit bibendum.* quòd etiã statim atq; mulctũ est aut ipso ab vbere, sugi debet, alteratur enim ab aëre facilime, & de bono malũ redditur. Mirũ autẽ videri possit quid est cur lac adolescẽtibus nõ autẽ cõsistẽtibus vetatur, cũ tamen infantibus à natura, vtpote conuenientissimũ alimẽti genus, tributũ sit. Sed de hoc & aliis difficul

ficultatibus alibi quærendũ: nunc regimen cõseruandæ valetudinis, nõ disputationes, conscribimus. Superior lactis pars quę caput lactis à summitate nomẽ apud vulgares Italiæ accepit, vsui habenda nõ est, quoniã relaxat vẽtriculum, & in flauã bilem vnctuositate sua facile vertitur. Pinguedo illa dulcissima atq; voluptariis iucundissima fit ex cocto lacte: parum: nã relictũ per noctẽ, pinguedinẽ colligit in suprema parte. Butyrum pariter vnctuosum admodũ est: omnia verò vnctuosa, & propriè butyrũ (teste Auicen.) oblædunt ventriculũ. Vis nãq; vẽtriculi in partiũ vnione & quadã stipticitate consistit, quam vnctuosa impediũt & sæpenumero tollũt ac destruũt. Butyrũ tamẽ in se melius est quòd ex lacte fit vaccarũ mẽse Maio. Facile in bilẽ abit habitudinẽ nactus calidiorẽ & humidã. Colostrũ itẽ vitãdũ ducimus, quoniã tardæ concoctionis, tardæq; descensionis est: tũ crassi humoris materia est, vnde lapidẽ generare creditur. Caseus recẽs, authore Dioscoride, bonus est vẽtriculo: Atqui de hoc Auicen. dubitat. Ego p magnos calores primaq; autũni parte & prima mẽsa edi absq; nocumento posse, existimo. Per frigora verò non recen

Lactis caput. *Butyrũ.* *Colostrũ.* *Caseus.*

recentem, sed veterem(nõ tamen cariosum aut vetustate nimis durum)& moderatè salitũ,& secunda mẽsa edendum censeo: in hoc tamẽ, vt in cęteris omnibus, natura & vsus plurimũ potest. Sunt enim qui caseum abhorreant, vt alij vinum, & ita de singulis: Auicen. huiuscemodi proprietates indiuiduales extra rationem esse dixit: oportereq; vt experimentũ rationẽ vincat. Aquã verò la-
Serum. ctis via medicinæ potius quàm cibi, Maio prę sertim mense matutinis horis, pauco permixto sacharo, ad expurgandũ sanguinem & flauam atramq; bilem sine molestia educendam, laudo. etenim lauat, & absq; mordicatione humorem malum extrahit, tum nutrimentum(vt Auicennę verbo vtar) rectificat, obstructionesq; remouet: vt hac ratiõe impinguare Auicen. sentiat. in ea vel rosæ recẽtes, vel sena, vt fortius agat, portio cõueniens & iuxta peccantem humorẽ infundi per noctem potest cum particula anisi vel cinnamomi: sed tunc cõcoctos esse humores ac præparatos præstaret.
1. *Aph.* Concocta enim medicari, mouereq; nõ
22. cruda, Hippo. rationalis iubet. Vitupe-
Torta vel rantur autẽ omnia quæ ex lacte, ouis &
Tartara caseo, aut aliis etiam rebus composita sunt

sunt, quoniam & si pleraque facilis concoctionis, singulatim accepta, sint: tamē cōmixta euadūt cōcoctionis grauioris: & vētriculo infensa sunt: etenim laborat in cōcoquendis variæ naturæ cibariis, & ꝓpter lōgiorē morā in vētriculo, vaporibus petētibus caput fomētū præbent.

Pisces.

PIscium verò vsus vt plurimū pro sanitate seruāda fugiendus est: etenim pauci & praui sunt alimēti, multasq; superfluitates relinquūt in corpore, & corrumpuntur facile. Vnde Auicē. post forte exercitium edi prohibet, quoniā corruptionē subeunt, & humores corrumpunt: Et alibi (quæ fuit Galeni sentētia) quòd recētes generāt phlegma & mollificant ventriculum, nec nisi valde calidis vētriculis cō cessi sunt: quoniā frigidi & humidi admodū sunt: Saliti verò calidi & sicci. quāobrem dū pituita redundat, salitis potius, tum hyeme primoq; vere: bile autē exuberāte & per calores, humidis atq; recētibus vescendū est: tn̄ abstinuisse tutius & salubrius est. Quàm erudite Homer⁹ ille homo doctissimus in omni facultate ac ferè diuinus poëta facit Vlyssem piscari ꝑ maria, cū ei errāti omne viaticū defuisset, innuēs dū absq; pisce traduci vita pōt, pisces fluminibus

Pisces saliti.

ac

ac pelago relinquendos esse. Sed cũ non semper ouis nec carnibus vbiq; vel omni tẽpore, aut nõ omnibus, vesci liceat; atq; appetitus sæpe rationi dominetur, minus malos pisces cõmemorabo. Principio illud sciendũ est, meliores pisces eos esse, qui nec magni valde, nec durã admodũ & siccam carnẽ sortiti sunt, nec pinguedine multa (omnis enim pinguedo mala, piscium autẽ pessima) & tenaci quodã lentore oppleti, nec odore aut sapore malo affecti sunt: sed gratũ saporẽ gustui & suauẽ afferant, quiq; nõ statim dum ab aqua separãtur, fœtorẽ suscipiũt. obseruandum præterea est vt è genere molliori maiores sumãtur, è duriori verò minores: nã ꝙ inter humida siccum reperitur, cõmoderatũ censeri omnino debet: sicuti quòd inter sicca humidum fuerit. Sit tamẽ magnitudinis & paruitatis mẽsura cõueniens. Ad hæc omnibus eligibiliores, Galeno teste, sunt qui in alti degunt scopulis, vnde & nomẽ acceperunt: Petrosi enim à petris, & vulgo græcanico, petrito, nominantur: quo in genere sunt pectines, qui à Venetis & vulgò (ni fallor) Scorpenæ nũcupantur, est aũt genus piscis saxatile, rubeũ, spinas in dorso habẽs noxias, vnde à piscatoribus

Piscium electio.

Petrosi pisces.

Pectines.

toribus euelluntur. Nec sine ratione ceteris anteponũtur: plurimi nanq; exercitij sunt, asiduisq; vẽtorũ & fluctuum agitationibus expositi, minimeq; luto cõmixti sunt: illi præterea laudãtur qui de mari ad fluuios sunt delati, quorum cursui cõtraria est aqua: & quãto magis elongãtur à mari, tãto meliores habẽtur & sũt, iis accedũt q in arenosis degũt, tũ qui in aquis dulcibus currẽtibus in quibus neq; lutũ neq; sordes inueniuntur. Amplius q laudabiles plantas & radices, eligibiliores sunt iis q sordes comedũt: quo in genere malo sunt, qui à Latinis Mugiles, vulgò aũt Cephali, quasi capitones dixeris, appellãtur, quare vitanda sunt, tam & si videãtur saporis esse melioris. Itaq; fugiẽdi sunt pisces qui in lacunis, paludibus, quiq; in aquis stãtibus occlusi degũt. His in vniuersum admonitis, nũc breuissimè pisciũ genera meliora nominatim perstringamus, quæ cũ alimẽti melioris, tũ leuioris cõcoctiõis esse putãtur: qualis est Mœna quę vulgò mænula dicitur, quæ succi melioris est quàm Cobiones: & tũc melior cũ vtero grauis est. Forma rotũdior fœminæ, por rectior mari & latior. qualis Aurata quę Chrysophris à Græcis ideò appellatur,

Cephali. *Pices meliores.* *Mœna pisciu.* *Aurata.*

quòd aureũ supercilium gerat, vt in auratis senioribus cernitur. Oratam vulgò Venetiis vocãt à colore auri, quod vulgò Orum dicunt: multum alimenti pręber, ideo difficulter cõficitur. Erithinus itẽ seu Erithricius, Latinis rubellio vel rubellus, à Venetis arbor, à Romanis phragolinus dictus. qualis Perca marina ab Aëtio percides dicta, quę verò fluuiatilis est & piscis perfecus à perca denominatur (cui ferè similis est) est & optimi saporis & febricitãtib. aliquãdo etiã in prostrato appetitu ex calore, cõcedẽdus. Sunt & Boces, quas Græci etiã in hodiernũ diẽ & Veneti Boobas cognominant, aluo idoneæ, & bonæ cõcoctionis si elixętur: in prunis verò tostæ dulciores & meliores. qualis etiã in Benaco lacu gustui suauis Carpio. qualis ad hunc vsque diẽ bene latino noĩe vacãs Truta. qualis Gobius seu Gobio à Plinio Cobio dictus: ex cuius genere q parui albiq; sunt molles, boni succi bonæq; cõcoctionis sunt: qui aũt virides vel nigri, deterrimi sunt. quales huic germani pisciculi qui vulgò Marsiões appellãtur. qualis à Gręcis Labrax, Latinè Lupus, (nõ est Lucius aut Sturio vt quidã autumãt) vulgò Venetiis Varolus dictus, quẽ ante multos annos

Erithricus seu Arborpiscis. *Perca.* *Persecus.* *Boces.* *Boobæ.* *Carpio.* *Truta.* *Gobio. vel Cobio.* *Marsiones.* *Lupus.* *Varolus.*

annos illic nō semel & magna cum delectatiōe comedi: est autē piscis squāmosus, squāmis minutis, cādicātibus supina parte, ore immēso sine dētibus, interius tātū aspero: à capite virga quædā nigra ex vtroq; latere in caudā vsq; protrahitur. præfertur ex cādore molliriaq; carnis, qua fortasse molliorē nō edi. Qualis item qui vulgò à Venetis Barbō, Latinè *Barbon.* Mullus dicitur: Trigla à Græcis. Cicero *Mullus.* in paradoxis Barbatulos vocat Mullos, & Varro Barbatos. Celsus boni succi, atque medios īter teneros durosq; pisces *3. de re* Mullos esse testatur, idē Gal. ferè asseuerāte *Rust.* in tertio de alimētorū virtute. aluū sistit, præcipuè si prunis incoquatur: Sin in frixorio, grauis est & difficile concoquitur. Athenæus inquit, si Mull⁹ piscis *Contra* viuēs suffocatus fuerit in vino, & vir bi- *Venerē.* berit, nō poterit agere rem venereā, vt Terpsides narrat: Mullorū frequenti cibo aciē oculorū hebetari monuit Dio- *Veneris* scorides. Mulli recētis è capite cinerem *lib. 32.* cōtra omnia venena (præcipuè ex animalium morsu) valere scripsit Plinius. Barbo autē vocatur à gemina barba quā in inferiori labro habet: Squāmis est pallētibus seu ad viredinem vergentibus, virgis quibusdā aureis parallelis: q si viuus

desquãmetur, colorẽ sanguineũ recipit. Anguillas vitasse, quod nimis humidæ ac viscosæ, cõtulerit: de quibus à paucis animaduersa quædã scribere non piget. Per vniuersæ Anguillæ spinã, filũ trãsit nigrũ, veluti venula (vt etiã in cãcri cauda) in quo eius venenũ abscõditur: quod antequã coquatur, extrahere conuenit. plus tẽporis requirit eius coctio quàm reliquorũ pisciũ. Tosta quã elixa nutrimẽto est cõmodior, vitiosis scilicet humoribus ꝑ ignẽ sublatis. Circa solstitiũ æstiuale à medicis reiicitur: solidiores pinguioresq; pręferũtur & fœminę prę sertim, (hæ caput repandius habẽt) sed meo iudicio quocũq; tẽpore ab his quibus hoc regimẽ à me scribitur, dãnandæ sunt: quoniã duræ concoctionis sunt, & humorẽ viscosum aggenerãt: quãuis heluonũ guttur leniãt suauiter. hoc de Anguilla nõ præteribo, ꝙ aliquando apud naturæ secretariũ quędã legi, & multos ingenue docui, licet (ꝙ sciã) nemo hactenus expertus sit, nec mihi ob multa impedimẽta & priuata incõmoda facere licuit, vt nec multa alia quę aliâs vellem & possem, illud tale est: (fides penes authorẽ sit) si quis alicui velit vini odium inducere, viuentem Anguillam in tanta vini

Anguilla.

Anguillæ pars venenosa.

Vini odiũ inducentia.

ta vini

ta vini quantitate in aliquo patulo vase tegat, vt sponte suffocetur & pereat: qua alata, propina liberaliter ex eo solo vino cui volueris nesciēti: (nā si sciret non biberet, nisi fatuus esset.) illud idē fieri scribūt aliqui, si aqua è vite incisa manās, vino cōmixta alicui nesciēti semel aut bis ad bibendū detur. Sed ad pisces redeamus. Cācri etiā vt plurimū vitādi, quoniā caput lędūt: sub cācris autē paruas squillas cōplectamur. conchiliorū itē genera, vt ostrea cōchas, parcè edēda putamus. Artificiū verò coquēdi tale sit quale piscium natura, tēpus, & cōsuetudo postulat: sed humidiores & molliores, ac potissimū humido tēpore. assādi potius, id est, absq; liquore, aqueo solo igne coquēdi sunt. oleo tamē & aceto ad cōdiēdū vti licebit. Duriores verò pisces elixādos beneq; coquēdos cēsuerim: quo in genere Sturio est ac spōdylus ab Italis scinaglia dictus, à Germanis, ni fallor, Mone. subdura est carne, & laudatissimus piscis. illud etiā in vniuersum tacere nolo, cibos omnes frigidos aut humidos corrigi per bonū vinum, bonisq; aromatibus, vt suis contrariis.

Cancri. *Cōchilia.* *Pisces coquēdi ratio.* *Sturio* *Spōdylus* *Ciborum frigidorū correctio.*

SEd tēpus est vt de his quæ ad cōdiēdi vsum veniūt, ac primo de Sale, tū de com-

Salis natura.

cōpluſculis alliis, nōnulla perſtringamus. Salē in omibus ferè ciborū generibus cōueniētē eſſe, nemo ambigit, quoniā ea ipſa & cōcoctibiliora & guſtui gratiora efficit: quin etiā abſtergit atq; reſoluit, & ſiccādi virtute putredinē impedit, & ſtiptica vi cōfortat: Tū facilē cibi deſcēſionē & ſuperfluitatū expulſionē reddit, phlegma ſubtiliat, cōcoctionē ſi frigidus fuerit vētriculus, iuuat. Sed eius moderatus ſit vſus, quoniā ſuo acumine ventriculū lædit & viſcera, tū nauſeā ac vomitū facit, nimiumq; cōturbat: imò etiā aluū mouet ſi drachmæ pōdere ieiuno mane ſumatur. Sequitur oleū ad multa cōdiēda opportunū. nec in percēſendis oleorū generibus immorabor, cum breuitatē velim. Olea (vt Auicē. inquit) omnia relaxāt vētriculū, præter oleum de nucibus & piſtaciis ſeu phiſticis, atq; oliuis: omnibus de piſtaciis præſtat, ſed necubi factum vidimus: è nucibus verò factum pectori & linguæ obeſt. Quamobrē de oliuarū oleo tractādū eſt. Omphacinū, id eſt, de immaturis oliuis cōfectū oleū, vtpote ſanis & pręcipuè calidis corporibus cōgruum, Auicē. laudat, nec ſine cauſa: etenim minus vnctuoſum, minusq; calidū eſt, ſtipticitatemq; ventri

Olea cōdimētaria. *E piſtaciis.* *E nucibus* *Omphacinum oleū*

vẽtriculo opportunã obtinet. Quamobrẽ si antequã cõpletã maturitatẽ assecutæ oliuæ sint, ex illis oleum fiat, quo per calores vescare certe contulerit: id namq; commoda sine incõmodis præstare, & nimiã in biliosis aut sanguineis, sanguinis tenuitatẽ & fluxibilitatẽ sistere poterit. Auerrois autem summis præconiis oliuæ maturę oleũ quod dulce & nouũ sit, celebrat, quòd eius natura ferè tẽperata sit, exiguũ calorẽ sortita: tũ cõuenire homini secũdũ totã sui naturã atq; substantiam, & impinguare hepar, eiusq; substãtiã augere arbitratur: vnde in regione sua etiam carnes oleo cõdiri cõsueuisse, & multos pingues hoc pacto euasisse cõmemorat. Nos omphacinum æstate, hyeme verò & autũno dulce edẽdũ sentimus: quoniã illud frigidũ, hoc verò parũper calidũ sit. Amygdalinum dulce pectoris angustia laborãtibus cõuenit. fauces enim asperamq; arteriã lenit, humoresq; in thorace cõcrẽtos proiectu faciles reddit: ex earũ autẽ cremore elixato, sorbitiũcula paratur optima, quæ & alat, & dissecet, & renibus opitu letur, & viscera, thoracemq; expurget: nõ perinde tamẽ ventriculo accõmoda sit. Mel & aqua eius ventriculo præsertim

Oleũ maturũ oliuarum.

Oleum amygdalinum.

Amygdalarũ cremor.

Mel.

Aquamellis. tim frigido & humido, quando calidũ & ſiccũ eſt, laudatur: ideo præcipuè ſenibus cõuenit, ac tẽperamẽto frigidis, & hyemis ac veris tẽpore: incõmodum hoc bilioſis. atque æſtate ſumptũ. in aqua mellis cõficienda ſpumam leui coctione aufferre operęprecium eſt, quoquiã ſi ſpuma eiecta nõ ſit, inflare comprehẽſum eſt: Vim autem obſtergẽdi & obſtructiones aperiẽdi, ac humiditates reſoluẽdi ac potiſsimũ è profundo corpore educẽdi, putredinemq́; prohibẽdi habet. Sed de genere meliori eligendũ eſt mel, quod verę dulcedinis boniq́; ſit odoris ac coloris ad rubeũ decliuis, non ſubtile, viſcoſum. Et melius eſt verum, deinde ęſtiuũ, heymale verò malũ: Acre verò mel peſsimũ eſt, adeò vt venenoſum eſſe creditũ ſit.

Mellis electio.

Saccharum. Saccharũ verò frigidius melle & ſubtilius eſt: Calidũ enim & humidũ in fine primi gradus creditur: per artificiũ autẽ vlteriori ſcilicet coctione (qua albeſcit) minus calidũ & magis ſiccum redditur. omnino leniẽdi & obſtructiõcs aperiẽdi abſtergendiq́; vim nõ minorẽ melle obtinet: & eſt bonũ vẽtriculo in quo flaua bilis nõ gignitur: facile enim in bilẽ vertitur: Phlegma itẽ abſtergit q; in ſtomacho reperitur,

tur, & vêrré lenit. hoc igitur quolibet anni tépore, melle autẽ hyeme & secũda autũni parte, vesci expedit. Acetum melancholicis obesse, cholericis verò prodesse dicitur: vnde calido stomacho pariter & humido cõcessum est: appetitũ excitat & cõcoctionem iuuat, sistit bilem, & materias ad interiora effundi prohibet: subtiliat, incidit, ita vt phlegmati aduersetur, præsertim adiutũ cinnamomo & passulis, ita vt eius frigiditas & acredo nimia tollatur: quin etiã frigido ventriculo in hunc modũ proderit. hoc artificio castigandum acetum ducimus, vt cum optimis passulis decoctum sit, deinde, si opus est, odore cinnamomi iuuetur: etenim cinnamomum preter calorẽ quem habet, quippe quod versus tertium gradum esse caloris dicitur, ventriculo etiam & hepati plurimum confert: nanque & obstructiones aperit, & vtrunque confortat: ventriculi præterea humiditatem exiccat, & putrefactionem fieri prohibet: omnẽ virtutem roborat & corruptam instaurat: tum caput, educendo humiditates quæ in eo sunt, mundat: quin etiam lenit & confert tussi ac pectori, extrahẽs quod in eo noxium est. Hæc de condimentis.

Acetum.

Cinnamomum.

NVnc de granis & herbaceis, ac id genus aliis quæ ad fercula opportuna sunt, agamus. Oriza quod vulgo risum dicitur, multi est alimenti ad caliditatem siccitatemq; vergentis: hyeme commedi potest: Oriza cum lacte apparata seu cõdita, bonũ habitum & genitale semen auget. Panicũ verò & Miliũ per humida tempora, siue calida siue frigida sint, edi possunt. Autũnali verò tẽpore, quoniã frigidum & siccũ est tempus. Far autẽ calidum & humidũ, expedientius est. Quod si far ex hordeo sit, æstate potius edendũ fuerit, quòd hordeum frigidũ sit. Cum iure autẽ carniũ, grana hæc coqui debẽt, aut in aqua, addito postmodũ lacte amygdalarũ dulcium: aut oleo sint condita: potes deinde saccharũ arbitratu tuo adiũgere. Ex leguminũ genere Cicer ac præsertim ius in quo decoctũ est, laudãt: Sed media mẽsa, nõ initio nec fine edẽdũ, Auicenna existimat. alimẽtũ corpori præstat validius quidẽ, idq; modicè purũ, alioqui flatuosum, & ꝙ valẽtiorẽ ventriculũ postulet. Iusculum tamẽ ex hoc præfertur, quòd & abstergat, & vrinam cieat. Lẽtes vituperant, quia ventriculũ lædũt, & obstruũt hepar: ad hæc melãcho

Oriza. *Panicum* *Milium.* *Far.* *Grana dicta vt coquendas.* *Cicer.* *Ciceris ius.* *Lens.*

cholicũ humoré generãt, & visum obtenebrãt: atq; inter legumina pessimũ omniũ est eduliũ, vnde crassus, terrestris & atrabilarius sanguis gignatur: vẽtrẽ sistit, bis térue aut pluries etiã serue facta, abiectoq; iure quando minimè ad hũc modũ paratã, aluũ subducere magis affirmãt: sanè ab hac abstinẽdũ censeo, vt nocẽtissima, & agrestibus accõmoda magis. Fabæ verò grauiores ad cõcoquẽdum sunt, & vẽtositatẽ habẽt, quæ si vel triũ dierũ spacio decoquãtur, ab inflatione tamẽ nõ liberãtur: Vapores itẽ prauos mittũt ad cerebrũ, & propterea horribilia somnia faciũt: sanguinẽ generãt crassum. relegãtor igitur à te inuictus ratiõe, licet abstergẽdi alioqui, atq; enutriẽdi præditæ esse facultate videãtur, quòd si harũ quandoq; vsus tibi ingruat necessarius, præfertur ex his pulmẽtũ, vt quod & abstergat magis, & flatulẽtiæ plurimũ intercoquendũ, remiserit. quòd si semina præterea aliqua admisceas flatũ discutiẽtia, Greci ἄφυσα appellant, mellísque aliquid ad hæc: sic plurimũ sanè inde noxæ discusseris. inter illa semina præcipua sunto carũ, (vulgò carni) anisum, fœniculũ, cuminũ. Deteriores his Phaseli sunt vulgo Fabæ. Phaselus

gò Fascoli, qui calidi ac terrestres sunt, cerebriq; spiritũ cõturbãt, & praua inquietaq; somnia faciũt, & vertiginẽ suis vaporibus pariãt. Satis iam de frumẽtaceis ac leguminibus dictũ: potes autẽ ex dictis etiã nõdũ tractata dignoscere. In omnibus potiora censentur viridia, vtpote quæ leuẽ etiãnũ humiditatẽ retineant: postquã enim hãc quoq; tẽporis tractu amiserint, crassiora euadũt, terreaq; magis. Ac quemadmodũ arescẽtibus succosa præferũtur, sic crudis elixa, & incoctis decocta. Post tractatũ de leguminibus, de oleribus quoq; ac radicibus dicamus arboreisq; fructibus, atq; autũnalibus. Raparũ genera & si Democritus omnino cauẽda putarit, tamẽ Galenus Dioclis sentẽtia fretus, laudauit, quod atrã bilẽ cõcoquãt, & cõmode vrinã cieãt: & teste Auezoar, quẽ Auerrois sequitur, mirabilẽ vim illuminãdi oculorũ aciẽ habent. Et quãuis plurimo abũdent humore, qui solet officere vẽtriculo & materiã vẽto suggere: castigari tamẽ humor hic potest, si primo in aqua largiore sale cõdita coquãtur, tum expressas & nimio illo humore liberatas ac in iure carniũ cõplete decoctas, & (si op⁹ est) modico aniso aut cinnamomo cõditas,

Leguminum electio.

Rapa.

ditas, edere nō dubito. iis germanæ ra-
dices illæ sunt, quæ vulgò Carottæ di- *Carottæ*
cūtur: quibus decoctis, in Acetariis hye *Apij &*
me vesci iure liceat. Radicibus itē Apij *Petrosili*
& Petroselini hoc pacto & tempore, ac *ni radi-*
potius in principio prandij vesci expe- *ces.*
diet in iure coctis, quoniā materias à su
perioribus ad inferiora, ciēdo vrinā, tra
hūt: Vere autē & æstate cichorij ꝙ intu *Cichoriū.*
bum vocāt latij, radicē pariter decoctā
laudamus: nec minus folia dum tenella
sunt. Radiculas infensas esse Gal. nota- *Radicu-*
uit, imò olerū omniū radices excremē- *la.*
titias esse dixit, & concoctu difficiles.
Adsunt itē Endiuia & Lactuca, qbus tē- *Endiuia.*
pore feruido in Acceptariis & in fercu- *Lactuca.*
lis vescamur: Si mētā eis aut etiā aliis fri *Menta.*
gidis reb⁹ misceas, recte erit: quoniā mē
ta vim habet cōfortādi viscera, ac præ-
cipuè vētriculū, crassumq; ac prolificū
sperma efficit, nec nō spermatis vasa ro
borat: vnde in profluuio spermatis quia
potēter exiccat, maxime cōfert: cuius
itē succus cū aceto haustus, sanguinē ab
interioribus manātē sanat: tū laudabili
odore affecta, & infusa proprietate læti
ficat: frequēs tamē vsus generationē se *Acetosa*
minis prohibet exiccādo. Herba itē quę *seu Oxa*
à sapore Acetosa dicitur, per id tempus *lis.*
eden

edẽda est, ꝙ frigida in primo gradu sit, mirãq; vim cõfortandi obtinet: subtili nanq; stipticitate (vt Auicẽnæ vtar ver bo) prædita est. Portulacã verò fugiẽdã ducimus ꝙ nimiũ frigida, quippe in ter tio gradu, tũ eius nutrimẽtũ paruum & illaudabile est, & appetitũ deijcit: quã-quã bili resistit, & manãtẽ sanguinẽ à pe ctore potissmũ cohibet: Eius tamẽ fri-giditas (si qñ vesci contigerit) mẽta aut fœniculo tẽperatur. Borragine verò (ꝙ est verũ Buglossum) & vulgari buglossa vere nec nõ æstate, quin etiã duobus a-liis anni tẽporibus in Acetariis siue fer culis audacter vesci poteris: temperatæ nãq; cõplexiõis esse dicũtur, & sangui-nẽ cordi amicũ ac lætitiã generant. Lu-pulis eodẽ artificio, vno tẽpore quo re-periũtur & prima mẽsa, vesci cõtulerit: quoniã inter medicinas hepatis tẽpera-tas & aperitiuas vrinamq; ciẽtes nomi-nãtur. Maioris autẽ prouocationis esse asparagos nouimus, ac melioris succi, quibus pariter ante cibos alios vescẽdũ est. Siclã verò seu Betã quã vulgò Blitã & Mãgold vocãt, in prima mẽsa pro fer-culo, ꝙ ex humore quẽ insitũ habet, ni-troso, aluũ subducat, & hepatis atq; sple nis obstructiones aperiat, si alba sit lau-damus.

Portulaca. *Borrago.* *Buglossa.* *Lupulus.* *Asparagi.* *Beta.*

damus: neq; enim melãcholicũ humorẽ procreat, ꝙ brassica facit. Nigrã tamen Betã quod ferè atrũ humorẽ generet, vituperamus. Betę autẽ radices, subrubrę, rubræq; valẽtius nutriũt, sanguinemq; gignũt, lõgè quã folia, crassiorem: illud insuper obtinẽt, quòd flatũ pariũt: quũ facile alioqui per aluũ descẽdãt: ideoq; hæ quoq; ad vsum aliquãdo adhibẽdæ. Quas autẽ vulgò Spinachias dicũt, raròedẽdas cẽsemus, quoniã superfluã humiditatẽ nactæ sunt: gutturi tamẽ & pulmoni cõferũt, & vẽtrẽ leniũt: quapropter ante cibũ edẽdę sunt. Brassicã verò frigido & humido tẽpore, vt calida & sicca, edi posse arbitror. quoniã abstergẽdi & lauãdi vrinamq; sciẽdi vim obtinet: ius tamẽ eius magis laudo. feruefacta hæc, nec abiecto humore emollit aluũ: eãdem adstringit quater aut eo etiã plus proiecto liquore, atq; ita deuorata. Atrabilariũ humorẽ hæc plus iusto parit: substãtia Brassicæ lædit os vẽtriculi, & visum obtenebrat: quapropter huius vsus, nisi vrgente penuria meliorũ rerũ, reiiciendus tibi. Et deterius illud genus ꝙ vulgares caputias vocãt, Latine Brassica capitata: à Plinio lacuturris. Brassica omnis cõtra temulẽtiã pollere

Betæ radices.

Spinachia.

Brassica.

Caputia.

Cõtra vinum.

cre

creditur, ob eam quæ inter vitẽ & Brassicã est, antipathiã: quãdo quidẽ obseruatũ sit, vitẽ, ad cuius radices assita fuerit brassica, nõ paruo interuallo sponte sua refugere. ob id cũ alij, tũ præcipue Germani frequenter mẽsis apponũt, vt vini (ꝙ parcius bibere præstaret) noxã effugiat. Pollẽt hac in re magis caules ad rubedinẽ vergentes. Vidi aliquẽ doctũ ac philosophũ cõuiuio accũbentẽ in quo strenuè potãdũ erat, foliolũ caulis crudi clã prægustasse ac comedisse: quę res illi ex parte profuit: Vinũ tamen vires suas in illo exercuit quoquo modo. Dãnãtur itẽ quæ è rapis, è quibus etiã orta

Raputia. sunt, raputia vocãtur, ꝙ grauia vt concoquãtur & atri humoris materia sunt.

Petroselinon. Petroselino autem hyeme largius vesci expediet, calidũ enim est in tertio gradu: obstructiones aperit, vrinãq; ꝓuocat: Aestate verò cũ frigidis vt cũ succo acerbæ vuæ, dũ in iure coquitur, necnõ

Cucumer. *Cucurbita.* cũ cucurbita & cucumere, si vesci cõtigerit. Sed rarius hisce vescẽdũ est: quoniã hic crudi humoris materia est, & ad lõgas febres pręparat: frigidiq; & humidi admodũ est tẽperamenti. illa verò ꝙ ventriculo & colo intestino infensa sit: & corporibus quibus phelgma aut atra bilis

bilis frigida dominātur, insensissima sit. si cruda estur, in medio est peponū ac cucumerū: decocta melior euadit: frigidæ humidæq; tēperaturæ alimētū pstat, huiusq; plurimum vsus, vt medicamenti cōstat: alias inutilis, & minimū alimenti exhibere putatur, humoréq; gignere aquosum: psertim cū frigidum nacta fuerit vētriculū. cū his etiā Cherefoliū herba misceri cōmode pōt, q̄ & ventriculo frigido ac cōmoda, & grati saporis est. *Cherefolium.*

Amanitæ, Fungi, & Tubera, vt q̄ frigidæ humidæq; naturæ sint, succumq; generent crassum, cruduq;, calido siccoq; tēperamēto cōueniunt. innocentiores redduntur Fungi muria asseruati, quod lentorē ex parte amittāt: sed noscēdi prius sunt boni, cum radice ortus sui, tum etiā generis & substātia: at satius erit ista athleticis hominibus relinquere. *Fungi & Tubera.*

Acuta verò vt cæpas, allia & porra, vtpote à studioso viro vel publico aliena, vitāda ducimus: nisi forte hyeme his coctis & ī Acetariis vbi pituita redundet, vti, phlegmaticis liceat. Porrū cæpis, Allioq; pbabilius. si decoctum edatur: multū em̄ succi mali, acrisq; remittit elixatiōe: cō coqui tamen quadātenus contumax hoc quoq; esse cēsetur, ob fibrosum, quod il *Acrumina, Cæpe. Allia. Porrum.*

li ineſt: etiã ſi humores in thorace cõten tos, faciles reiectatu reddat, ob innatũ lẽ torem: lotium hoc mediocriter mouet.

Fructus. FRuctuũ plura ſunt gña, quorũ nõ nulla nutriendi vim obtinẽt: Nã (vt Auicẽna inquit) Fructus nutriẽti magis ſimiles ſunt ficus & vuæ bñ maturæ, & Dactili in regiõibus & ciuitatibus in qbus eſſe cõſueuerunt: Parcius tñ meo cõſilio

Ficus recens & ſicca. edendi ſunt, quod ficus recens inflatiua eſt, &, Galeno teſte, obeſt ventriculo: è ſicca verò ficu genitus ſanguis, malus eſt. ad hæc pediculos ambæ generãt, cũ ꝓpter corruptionẽ humoris earũ, tum quod materiã de interioribus pellũt ad exteriora: & ꝓpterea Comitiali morbo & Apoplexiæ cõferre ab Auicenna dicũtur. Impinguare itẽ ferunt: & licet talis pinguedo modicũ perſtet, & ab alimẽto panis diſtet plurimũ, earũ tñ alimentum maioris roboris eſt nutrimẽto reliquorũ fructũ, qm autẽ ficus velociter deſcẽdit & penetrat, viasq; cibi abſtergit & mundat, idcirco ante cibũ edẽda eſt. Me

Ficuum electio. liores qdem eſſe albas, tũ rubeas, poſtremò nigras, Auicẽna indicat. oẽs etiã, re-

De Euch. & cacoch. nũ arenulas repurgãt. Caricæ (inquit Galenus) cũ nucibꝰ ſumptę, cibi pſtãtiſsimi ſunt, cũ amygdaliſq; ſimiliter ſed cũ his

obſtru

obstructióes aperiunt, nõ tñ ita bonum succũ pstãt, nutriuntq;, vt cũ miscent cũ nucibus. Sũt q Caricas cũ ruta nucibusq; psumptas venenis vniuersis aduersari fa teãt. Vuæ pariter albę nigris eligibiliores existũt, mõ sit ĩ cęteris loci & maturitatis paritas. Laudat aũt q̃ pterq̃ quod bñ matura est, pterea si duobus aut tribus diebus suspensa & soli exposita fuerit: hęc eñ alimentũ pximũ nutriméto ficus pbet: q̃ nõ aliter atq; ficus ante cibũ edenda est, quod aluũ leniat. eius tñ vsus vesicæ incõmodus est. quapropter ab his quibus renes vel vesica arenã vel calculos generãt, vitãda est. multã etem fęcẽ relinqt in corpe, quinetiã vapores plurimos mittit ad cerebrũ, queadmodũ & in vase dũ vinũ ex ea gignit, apertissimè cõspicimus. nocent etiã vuæ ac ficus visceribus ĩ scirrhũ duratis, & ĩfarctu laborãtibus aduersę. Veterascentes multũ humiditatis recremẽtitię amittũt. Passæ vero q̃ ab oriẽte vehunt, abstergũt, amiceq; vẽtriculo & potissimũ hepati à tota sũbstãria sunt: tũ vesicæ & renib. nec nõ intestinorũ dolori cõferunt, & vniuersum corp⁹ recte nutriũt: quãobrẽ & prima & secũda mẽsa, tutò edi possunt. E fructib⁹ verò q nullũ aut certe modicũ nu-

Venenis remediũ. Vua. Passula.

trimẽtũ corpori tribuũt, q̃dã sunt q faci le descẽdũt, quiq; ante alios edẽdi sunt cibos: Alij verò sunt quos post epulas sumpsisse rectius est. sumi igitur ante cibũ nõnulla fructuũ gñа, iussit Auicẽna, vt Melones, Mora, Chrysomela, Persica, Pruna, cerasa: huiusmodi nãq; fructus nimiũ humorẽ & facilè corruptibilẽ obtinẽt: quapropter q̃ citius fieri põt, de corpore pellẽdi sũt. id verò fiet si absq; alio cibo sumãtur, deĩde post ipsos ambulet, & aliq̃d sumatur ad hoc vt labãtur, vt Auicẽnæ sentẽtia est: quinimò ait quod ij fructus recẽtes nõ sunt boni nisi corporibus exercitatis cholera rubea abũdãtibus, & in æstate: subditq; rectius esse his abstinere, qm̃ aquosum sanguinẽ generãt, q facilè ebulit subindeq; putrescit. Tñ etsi eĩn ea ipsa hora qua sumũtur, refrigerãdo ꝓsint calidis, qm̃ frigidi & humidi sunt: tñ, (vt dictũ est) ad putredinẽ sua humiditate parãt: similiterq; sanguinẽ humore implẽt crudo, vt Melõ viridis q Anguria vulgò dicit' q etiã altera rõne fugiẽdus est, quod in quẽcunq; humorẽ vertitur quẽ in vẽtriculo inuenit. Quòd si forte tibi libet ꝑnominatos fructus sigillatim nosce, vt meliores, velut rectius loquar, minus malos deligas, paucis ac

Fructus ante cibũ.

Anguria.

cis accipe. Melon inter hos fructus & hu moris & nutrimēti est melioris, nec faci le in humorē quē in ventriculo inuenit (vt Anguria) cōuerti est aptus: absterſi- uusq; est & vrinā prouocat: sed eo quo supra dictū est modo, comedēdus est: a- lioqn putrescit, & ex putredine morbos generat acutos. Mora & si vim quādā sti pticā sortita sint, vētriculo tñ infensa es se, & in eo q debilis est, facile corrumpi, Auicēna putauit: Sūt calida & humida q̄ dulcia sunt, acetosa verò frigida. His ger mana cerasa sunt: facile eñ & putrescunt & corruptionē subeūt. minus tñ malum genus illud est, quod acerbū simul nec- nō & dulce bñq; maturū est, q̄ vulgò Ma raschæ dicūtur: hæc eñ minus putre- scūt, & magis refrigerāt. omnia tñ frigi- da & humida sunt: quorū alia dulcia, mol liaq;: dura alia habētur, & q̄ adstringant magis. Deligēda priora illa, vt q̄ melius cōcoquātur, faciliusq; aluū subeāt. Secun da magis faciūt ad vētriculū, q in bilē a- gitur, quippe q̄ nec facile omnino corrū pantur, & vētriculū adstrictoria faculta- te corroborēt: immodico tñ horū vsu, nisi vnà incorruptelā ab insitis humori- bus trahātur, aquosus humor pcreatur. Persica poma atq; Armeniaca frigido

Melon seu Melo pepon.

Mora.

Cerasa.

Marascha.

Persica.

ipsa quoq; atq; humido tẽperamẽto cõstãt: ꝓbè cõcocta tenuẽ, humidũq; sanguinẽ generãt. Solent porrò hæc quoq; nisi facilè aluum subierint, in corruptelã abire, & cũ humorib. vnà ĩmutari quoscunq; tãdẽ offenderint: quãobrẽ qb⁹ ægrè ꝑ aluũ descendunt, cõsuluerim ego iis, omnino, vt ne ea q̃dem attingãt. Nã

Armeniaca. Armeniaca q̃ Græcè Chrysomela, & Latinè Mala aurea vocantur, dũ humida & recẽtia sunt, putredini exposita admodũ sunt, ideoq; febres generãt. Auicẽna

Persica. iubet mastichẽ & anisum cũ vino de passis aut melle sumi cũ eis debere. Persica authore Dioscoride, bona vẽtriculo sũt & aluũ leniũt ante cibũ sumpta si matura sunt: post aliũ verò sumpta, & corrũpunt & corrũpũt cibũ. Sicca verò tã Persica quã Chrysomela, nõ ante sed post cibũ edenda sunt, qm̃ dura valde ad cõcoquendũ sunt. abstinuisse tñ rectius est, qm̃ p̃terquã ꝙ grauia sunt ventriculo, parui quoq; sunt alimẽti. Persica tñ inquit Auenzoar, fœtorẽ oris vitio ventriculi procedentẽ remouẽt, nec, vt in-

Pruna. quit, iuuamentũ aliud obtinent. His Pruna cõmẽdãtur magis: si quidẽ facile per aluũ deiiciũtur. Solent em̃ nõnullis hæc quoq; corrũpi, nõ statim ꝑ aluũ reiecta.

Pruna

Pruna q̃ dulcia sunt, nimia humiditate debilitāt vētriculū: q̃ verò mediū saporē nacta sunt, fortius bilē reprimūt. quorū etiā frigiditatē Auicenna emendare docuit potu aquę mellis, & vino de passis. Sed tēpus est vt de fructibus qui post cibū edi possunt, nōnulla pcurram⁹: Plures nāq; sunt q̄ vapores caput ascendentes frenāt, & os vētriculi roborāt, qualia sunt Mala granata, Cotonea, Pira, & id gen⁹ alia. Sed primo de his q̃ & añ & post cibū edi pñt, varia rōne, agendū. Granatorū verò seu Punicorū cū tria sint gña, dulcia, acria, & inter hæc media: Dulcia quidē frigida & humida in 1. gradu ventriculo & hepati cōueniunt, spiritūq; & pcipuè naturalē mirificè iuuāt, adeoq; inter pinguedinē facientia numerātur: materias item ad vias vrinæ leuius tamen quā acetosa, dirigunt. Itaq; mihi summopere placent, qbus cū aliis anni tēporibus, tū vel maxime autūnali, quacunq; mensa ac pſertim cū tosto vescaris. Medium verò nacta saporem, dulcibus frigidiora sunt, vnde calefacto ventriculo peropportuna, mediocrēq; absterſionē cū stipticitate & refrigeratiōe nacta sūt. Admirabilē prçter cçtera, vim narrat Auenzoar & confirmat Auerrois, quod

Punica mala.
Dulcia.
Media.

prohibẽt corruptionẽ cibi in vẽtriculo, si fumosa aut similis odori ouorũ fuerit: q si acetosa corruptio sit, cauẽda hæc esse, dulcia verò nõ obesse admonet: Vnde & vice saporis media mẽsa, & post epulas ad roborãdũ os vẽtriculi, & prohibẽdũ vaporũ ad superiora motionẽ, tutò vesci poterit quicũq;, ꝓsertim calidi vẽtriculi. Acetosa verò maiorẽ frigiditatẽ sunt assecuta, q̃ nõ nisi valde biliosis cõmodari possunt, qm̃ intestinis sua acredine atq; etiã neruis officiũt. Potest tñ eorũ acredo sacchari aut mellis dulcedine remoueri. magnã autẽ vim in extinguẽda bile feruida, & reprimẽda vaporũ eleuatione obtinẽt. in vniuersum verò Punica oĩa alimẽto leui cõstãt, sanguinẽq; ꝑpetuò gignũt tenuẽ: súntque ventriculo amica, & q̃ mordaces succos aboleãt: qua ꝓpter horũ quoq; opportunus tibi vsus cõstet, quũ videlicet in corpore exuperare calor videat̃, aut anni tempus tale vrgeat: alioq̃ superuacaneũ fuerit, q̃ pro medicamẽti ratiõe sumunt̃, his vt esculẽtis vti, ꝓsertim cũ cõtraria tẽperamẽtũ suggerat, quã rõnis expers appetitus ac consuetudo postulet.

Acetosa.

Abusus vbiq; vitãdus.

Cotonea.

Cotonea ex autũnalibus fructibus inter edulia adstringẽtia cõnumerãtur: quæq;

aluum

aluũ ſupprimãt. Solẽt hæc nõnullis ante cibũ ſumpta, aluũ potius coërcere: ſicuti à cibo, emolire: quod minimè mirũ ſit: quãdo qdẽ vẽtriculi os adſtringẽdi facultate cõprimẽtia, alimoniã vi ꝓtrudant, quẽadmodũ ſanè in vtre quoq;, ac veſica idẽ manibus ꝑſtamus, facileq; cõtẽta educimus, ꝑſertim ſi repleta qdẽ vaſa fuerint, vehementius autẽ ſuperiores partes cõprimamus. Inter hoſce fructus maxime omniũ abſtringunt Sorba, Corna, & Meſpila, quorum vſus maximus ſit vt medicamẽtorũ: & ꝗ vẽtriculo alioqui vtilia ſint adſtringẽdi vi. alimẽti autẽ vice ſumpta, ſanguinẽ exhibẽt minimè cõmendãdũ: tum verò adſtricta plus æquo aluo, nocumẽtũ capiti, reliquoq; corpori inferunt. Ex Malis dulcia qdẽ (inquit Aegineta) maioribus reliquis in calfaciẽdo viribus pollent, facile trãſmittũtur, maximè aſſa, vel elixa. Acida magis refrigerãt, & humores in vẽtriculo diſſecãt. Auſtera ſtomachũ roborãt, aluũ ſupprimunt, cæteris tñ magis Cotonea. Ex Pomis itẽ bonitate cætera vincũt, q̃ Regia appellãtur: & ea fortaſſe ſunt q̃ (ꝑſertim in Herruria) Appia & vulgò Mele roſe vocãtur: quæ ipſa quoq; frigida nõ adeò ſint: cordi verò amica, cẽſenẽ: ideò quod

Sorba. *Corna.* *Meſpila.* *Mala.* *Libro 1. cap. 81.* *Poma Rogia.*

vapores cor impetentes fuliginosos, humidosq; repellãt, nec sanè min⁹ sursum in caput delatos: deniq; noxã quoq; ex vino in capite cõtractã sedãt: neruos quidẽ tentãt: ac memorãdi vim retundere credũtur: potissimũ q̃ natura acida fuerint, nẽpè frigida hæc satis sunt, & substãtiæ tenuitate sese iam ad ꝓfundũ addunt: ꝓbãtur ex his magis, quæ in hyemẽ reposita seruãtur dulcia: maturitatẽ em̃ tẽporis mora, adepta pleniorem, cõgruo quoq; vsu aptiora redduntur, nec sanè facile corrumpuntur: & pro ventriculis debilioribus in cineribus aut vaporibus aquæ diligenter coquuntur cũ edẽda sunt.

Pyra. Pyrorũ pari etiã modo grãdiora atq; matura, eãdẽ quidẽ facultatẽ seruãt, sed vberius nutrimentũ sumentibus suggerũt, ac ventriculo gratiora sunt. De Citriis pomis, Limoniis, Aurãtiis, & Adami pomis, cũ medicamenti potius quã cibi vices subeãt, hic nihil dicimus: poterit quisq; illorum historiã & vires apud Matthiolũ videre in suis cõmentariis in Dioscoridẽ. *Libro 1. cap. 131.*

Oliuæ. Oliuas maturas & si inter ea quæ ventriculo ac visui obsunt, Auicenna cõnumerat, alibi tamẽ grossas salitas quæ colymbades à Græcis vocantur, appetitum subleuare, & ventriculum conforta

fortare, præsertim si acetosæ sint, asserit. Hac etiã ratione Cappares laudãtur. *Cappares*
Castaneas ꝙ grauis coctionis, crassiq; & *Castaneæ*
crudi, licet non mali humoris materia sunt, ventumq; egregie efficiunt, his qui multũ laborãt aut exercentur, relinquendas censemus: alioqui refrigerãt & exiccãt, ac modice astringunt: alunt quoq; & elixatæ flatuosæ facultatis plurimũ remittunt, præsertim cum seminibus anisi aut fœniculi vel similibus coctæ, Nuces *Nuces.*
vulgares, quas Regias vocãt, calidæ quidẽ censentur & siccæ: caput pertentãt, si quis assidue vtatur: & ventriculo infestę sunt, ac difficile cõcoquũtur: grauãt linguam & sermonem impediunt: licet recentes gratiores ventriculo & meliores sint: minus enim incommodi adferunt, quamuis crassi humoris materia sint. cũ ficubus vnà commansæ probantur magis, quòd per aluum citius vnà deiiciantur. Verum solas aut frequentes præsertim extra hyemem, vitasse, salubrius est. Nuces quas ponticas appellant, hoc est, Auellanę, quo nomine adstringunt, pos *Auellanæ*
sint sanè ventriculo idoneæ censeri: sed quæ nihilo tñ secius cõcoqui contumaces sint, ob cõfertiorẽ substãtiã, qua prędıtæ visuntur, quodq; aluũ magis ideo adstrin

adstringãt, quãuis ab Auic. laudẽtur ꝙ omnibus hepatibus cõferãt, propterea quod exigui sunt caloris: Calidæ enim & siccæ in primo sunt gradu, sicq; calidũ hepar nõ lædunt, & frigido cõferũt: quinetiã aperitiuæ, boniq; succi materia sunt: attamẽ eas inflare, & ventositatem in inferiori ventre gignere, necnõ capitis dolorẽ cũ cerebri augmento facere, tardæq; cõcoctionis esse, & vomitum ciere, tum earũ corticẽ ventrẽ strin gere: quapropter rarò, nec ab omnibus edendæ sunt: Quòd si fortasse ad se dan dã tussim & iuuandũ sputũ eis aliquãdo vesci cõtingit (etenim sputũ facilè reddunt, & tussim antiquã tollunt,) extrahendus de earum substãtia succus fuerit. Nã leuioris in hunc modum coctionis, subtiliori expressa, & relicta crassiore substãtia, redduntur: modicoq; adhibito præsidio anisi aut cinnamomi, omnis inflatio tollitur. Vtraq; autẽ tã Auellana quã nux cum ficubus exesa, paruis venenis cõferre solet, vt Auenzoar & posterior Aui. testatur. Amygdalę dulces ferè æquales in calore, tũ modicè ad humorẽ decliues sunt, nisi rancidæ sint: tũc enim calidæ euadunt: boni, quãuis pauci, sunt alimenti: ad hæc, abstergũt, mũdãt, aperiunt

Contra parua venena.

Amygdalæ.

riũt, & præcipue ſplenis & hepatis obſtructiones auferunt: tũ pectus, renes & meatus vrinæ leniũt: ſed qm̃ ſomnũ faciunt, & propter diuturnã in vẽtriculo morã (cõcoctu enim difficiles euadunt, ſi ſolæ deuorẽtur) vapores ad caput mittunt, etiã grauedinis cauſa ſunt quãobrẽ velim extrahi ſuccum, ꝙ vulgò lac dicitur, & ferculis aut ſaporibus hoc ipſo, nõ duris amygdalis, autumno potiſsimum, veſci expediet: ita enim facile deſcẽdet, & commoda abſq; incommodis afferet. Optimũ inſuper paraueris eduliũ (præcipue æſtate ac autumno, & tuſsiculoſis) ſi harũ cremorẽ ſuccreto decoctoq; hordeo immiſcueris, aut alicui tali, amylóque imprimis: hoc enim omnibus præſtat, vt ꝙ tenuiſsimũ ſit, & cõcoctu facile, ac boni ſucci, ſanguinemq; ꝓgignat nitidũ & tenuẽ. Granũ pineæ maioris ferè tẽperatũ eſt: exiguũ enim calorem & humorẽ obtinuit, forteq; alimentũ nec malũ, tribuit: & prauos inteſtinorũ humores corrigit, debilitatique corporis ſubuenit, corruptũ humorẽ emẽdat, tuſſimq; & putrefactas corporis materias caſtigat, & coitũ excitat. Tardæ quidem cõcoctionis, tũ mordicationẽ & acrimoniã quãdã in eo eſſe fatetur Auic. ſed re-
medium

Amygdalarũ lac.

Edulium ex amygdal. optimum.

Pinei.

Pinearũ præparatio. mediũ adhibet eius ipsi⁹ in feruẽti aqua infusionẽ. ita enim magnã absq; læsione nutriẽdi virtutẽ assequitur: tũ præcipit vt qui frigidiore sunt habitu, cũ melle: qui calidiore aũt cũ saccharo comedãt: renes & vesicã insup expurgãt, ac roborãt, eorumq; vlcera prohibẽt. Vrinę stillicidio opẽ mirificè præstãt. *Pistacia. 2. de aliment.* Pistacia (vt Gale. inqt) parũ præbẽt alimẽti: tametsi infarctas humore iecinoris vias expediãt, & à vitiis liberẽt. addit autẽ Auic. ꝙ nauseã discutiãt, & ventriculi os roborẽt, argumẽto esse subamarã, subausteramq; qualitatẽ, quę gustu in his deprehenditur. quapropter nõ modo ad iecinoris infarctus, sed ad iecur ipsum ventriculumq; roborãdũ, ea tã cibis quã medicamẽtis immiscẽtur: quin & ad cõciliandã venerẽ, & ad pinguedinẽ inducẽdã macie & marasmo affectis cõmendãtur. Sũt verò remissè calida & sicca, adeò vt ferè tẽperata iudicentur. nos æstiuo tpe parcius, hyeme verò largius à calido etiã corpore edi posse censemus. *Citri cortex.* Citri cortex & pręcipue cõditus, hyeme sumi põt: quoniã vt ex veterũ sentẽtia inquit Auenzoar, cor & reliqua membra principalia roborat: & licet præduritie non facile cõcoquatur, magnũ tamen ventri

culo

culo præsidium, & bonum ori odorem, pariterq; eius decoctum quando in ore tenetur, afferre, notatum est. quin etiam flores ac etiā folia confortant ventriculum, pariterq; vinū aut ius in quo infusus sit cortex. Caro autē & mala est ventriculo & pectori, & facit colicam, nisi forte cum despumato melle & aromate aliquo eius nocumētū tollatur. Anisi semen laudo, ꝙ ventositates tollit, hepatisq; & splenis obstructiōes, nō sine aliqua stiptica vi, aperit. quinetiā si eius vapor naribus trahatur, vertiginē & capitis dolorē sedat, necnō vrinā prouocat. Fœniculū verò aliquāto calidius, tardiorisq; cōcoctionis & praui alimenti materia est. obstructiones tamen aperit, cit vrinā, & mirabilem proprietatem acuendi visum obtinuit: adeò vt Democritus serpētes ex ipso edere, & eo fricare oculos dum exeunt latebras, sit arbitratus. Coriandrum verò de cuius temperatura disceptant medici, (Galen. enim calidum, Auic. & alij frigidum dicunt) est quidem tardæ cōcoctionis, & teste Auicen. confortat ventriculum calefactū, & vapores causa ventriculi, præsertim biliosos, à capite prohibet, (id ꝙ potius ratiōe aceti, quo præparatur, facit) sed

Caro Citri.

Anisum.

Fœniculū

Coriandrum.

sed tñ visus tenebrositaté generat; imò, ꝙ plus est, Dioscorides menté tentare scribit, & alibi iter venena recésset. ideo explodédus potius illius vsus, presertim frequés, neq; illi qualicunq; preparatio ni fidédū. natura enim eius tolli nō pōt.

POsteaquā cibi & potus genera quæ opportuna annotatione digna visa sunt, percensuimus: (nec enim oīa narrare decreuimus, quia longū opus & penè infinitū extitisset,) Nūc ad reliqua, quæ à medicis inter res nō naturales appellatas numerātur, ad salutē cōseruādā pertinētia, accedamus. Enimuero obseruandū est ne vllo cibi aut potus genere repleariis: sed assumēdi cibi vniuscuiusque modus is esto, quo nondū satietas ceperit: sic enim exuperans natiuus calor, cibos, q in vētriculo cōtinētur, cōfecerit. Præstat autē alimētorū quoq; vires obseruasse, vt si ex iis fuerint, quę valētius, & plus nutriūt, multò ante expletā appetētiā absistamus: sin eorū, quæ parū ac leuiter alūt, liceat plura ingurgitare: siquidē hæc diutius cōcoqui postulāt, illa facilè aluū subeūt. De potu cōiectura facięda, ꝓ sumpti alimēti humiditate, ac siccitate. Et quāuis Hippo. tolerabiliorē esse potus quàm cibi repletionē pronūtiarit:

Repletio.

tiarit: Et Auic. quorũdã opinionẽ recitãs, ebrietatẽ corpori semel in mẽse cõferre dixerit: nos tamẽ quia plus obesse quàm prodesse põt, his præsertim qui debile caput assecuti sunt, ab hac sententia alieni semper fuimus. Profectò vinũ & si natiuo calori maxime congruũ est, attamẽ sicut superfluũ oleũ lucernæ lumẽ extinguit: ita vinũ calorẽ opprimit naturalẽ: ita vt multi homines superfluo vino suffocati, perierint. Quòd si quãdo in cibo aut potu excessisse cõtigerit, sequẽti parcitate cõpẽsandus error: vt si prandiũ largius fuerit, parcior aut nulla sit cœna: Tũ lõgiori somno indulgẽdũ, & exquisitiori exercitio vtendũ. Melius autẽ est reliquiis desiderij citra satietatẽ, à comestione & potu desistas: hæ nãque famis reliquiæ, post horam vnã destruũtur. Deterior autem comestio, (vt Auic. inquit) est quæ vẽtriculi grauitatẽ facit: & deterior potus est qui tẽperamẽtũ egreditur, & ĩ vẽtriculo natat. Quãobrẽ ad bonã cibi cõcoctionẽ & penetrationẽ, sæpe & parũ bibere cohortamur. *Ebrietas an conferat.*

QVemadmodũ verò nimiã repletionẽ fugiẽdã, ita nimiã quoq; famẽ & abstinentiã vitãdam censemus. Excessus nanq; & defectus, vt sapientiores testã- *Inanitio.*

tur, cõmittendi morbi vim obtinet. nũc verò diſputãdi nec locus nec tẽpus eſt, vtrũ horũ deterius ſit. Compendioſum enim ſanitatis regimen, nõ aũt nũc medicas quæſtiones ſcribimus. ne igitur diu famẽ patiare, propterea ꝙ vniuerſo corpori, & ventriculo prius, eius miniſtro officit: illi quidẽ ꝙ aridũ & priuatione alimenti imbecillũ redditur, huic autẽ ꝙ ventriculus pręter id ipſum cõmune totius corporis incõmodũ, putridis item repletur humoribus. Quapropter dũ ſumẽdi cibi hora, certumq; deſiderium fuerit, ꝙ ex alacritate & nulla ventriculi grauitate, tũ etiã ſeruato interuallo inter horas edendi cõgruo, cognoſces, edas. Arabes ſexdecim horas adhibent: nã in duobus diebus ter ſolũ edẽdũ eſſe opinati ſunt. ſtudioſis vel nõ adeò calidis viris decem horas ſufficere poſſe arbitror, his præſertim qui nec replentur, nec durę coctionis cibis veſcũtur. aliqui octo cõmuniter ſtatuunt horas. Sed pro cõſuetudine, (niſi admodũ mala fuerit) & appetitu naturali, ſingulis horæ diſtinguendæ erunt. Cœna verò parciore vti præſtiterit, ſi vel vigilandum ſit, vel capitis debilitate, aut grauedine labores, vel fuerit ventriculus imbecillis

Nimiæ famis nocumenta.

Edendi tẽpus.

An cœna maior eſſe prãdio debeat.

becillis:secus enim,sit prādiū leuius,si p cōsuetudinē fieri pōt:quę in sene mutari nequit:in iuuene paulatim ad meliorē mutāda est.largior enim cœna meli⁹ succedēte somno cōcoquitur,q̄ cōcoquēdi facultatē iuuat.Accedit frigidior & obscurior noctis aër, quo fit vt spiritus ad internas partes collecti,minimumq́; animi & sensuū functionib⁹ distracti ac resoluti,maximū sumpto cibo præsidiū vt cōcoquatur,afferūt:ad hæc interuallū longius cœnā q̄ prādiū sequi assolet. quāquā monuimus magnā rationē consuetudinis habēdā esse:quæ(vt antea dixi)in iunioribus pedetentim in melius murāda est,ī ætate verò prouectiorib⁹, ni pessima sit,seruāda.Illud etiā monuisse nō pigeat,cibo sicciore in cœna vescēdū esse:vnde assatas carnes ad resecādas humiditates superfluas in cœna potius laudandas,mane autem elixatas. *Consuetudo quādo mutāda.* *Cœnæ cibus.*

Dāda quoq; opa est,vt quotidie alui & vesicæ excremēta opportune de ventre exeāt.Et qm̄ vt maxim⁹ Arabū obseruator Auēzoar inqt,Cōuenerūt oēs medici q̄ in vētrē mollē homini seruat̄ sanitas:& cū ab aliis morbis,tū vel maxime à pleuresi hoc bñficio hominē preseruari. q̄d si forte accidat vt alu⁹ inobediētior sit *Excremētorū purgatio.* *Quibus reb. aluus stricta emollienda sit.*

Passulæ. sit, passulas ante cibũ bene maturas hyeme atq; alio tpe cũ saccharo præsertim excesas, magno futuras auxilio arbitramur: quæ (vt antea dictũ est) vẽtriculo etiã & hepati amicę nimirũ sunt. Sunt & alij fructus, sed minus salubres qbus per æstatẽ & autumnũ vescare, de qb⁹ abundè supra dictũ est, vt Mora, Pruna, Melones, Ficus & vuę bene maturę: q ante cibũ sumpti aluũ mollire nati sunt. Accedũt & fructus stiptici post cibũ sumpti, vt Pyra, cotonea: de qb⁹ satis abũdeq; supra dissertũ est, tũ Mespila & alia id genus cibũ cõprimẽtia: quin etiã Beta vel
Beta.
Spinachia ante cibũ iuuerit verno presertim tpe, quo herbarũ vis plurimũ valet.
Malua. Antiqui magnis præconiis Maluã extulere, cuius & hoc peculiare munus est (si vocabuli rationẽ quęrimus) vt aluũ mol
Mercurialis. liat: Quòd si hæc nõ suffecerint, ad Mercurialis auxiliũ vnà cũ his ipsis, vel solã cõfugiẽdũ est. q si forte humorũ repletio acciderit, p mediã seu diætã tentãdũ est an resolui valeãt. Nãq; abstinẽtia (vt Gal. ait) est vnus euacuatiõis modus. Et
Diæta. Damascen⁹ inqt, si p Diętã curare potue
Humorũ purgatio quãdo & ris, oĩa prospera succedet. Si verò in tãtũ creuerint, q diæta satis facere haud possit, educendi humores pharmacis le-

uiori

uioribus ſunt, duabus potiſsimum anni partibus, vere ſcilicet & autumno. Cõgrua verò pharmaca æſtate Caſsiã fiſtulã vel ſyrupũ roſarũ ſolutiuũ: Vere autẽ & autũno Rhabarbarũ, Agaricũ, ac Senã: tũ Electuaria cognita, vt lenitiuũ, Diacbatoliconẽ, Diaſebeſtẽ: bene concocta tamẽ prius (ni furioſa aut venenoſa ſit) & præparata materia cũ iis quæ genus præſentis ac dominãtis humoris reſpiciũt, laudamus. Agarici verò & Rhabarbari aut Senæ calor & ſiccitas, permiſtiõe refrigerãtiũ & humectãtium, qualia ſunt Pruna & Myxa ſeu Sebeſtena & flores cordiales mitigari & tolli poteſt: cum quibus ob ſtomachi imbecilitatem non nihil aniſi vel cinnamomi addendum. Et ſi opus foret in magno caumate pharmacũ ſumere, tũc cum aquis vel potius decoctis oxalidis ſeu aceptoſæ, Endiuię, Borraginis, Violarũ, Cichorij, Lupulorũ ac Paſſularũ ebibat, prout expediẽs fuerit, periti etiam medici cõſilio. Cæterũ nullũ eorum quę dicta ſunt aut aliorũ ſumi admodũ copioſe debebit. Siquidẽ nõnulli (ait Galenus) in præſens gaudẽt, ſi copioſius deſederint: verũ quãdo magis ſunt vacuati, tãtò his vẽter ſequẽtibus diebus magis adſtringi-

cum quibus ſiẽda.

5. de Tuenda.

Aluũ poſt ſolutionẽ adſtringi

tur: id ꝙ verissimũ esse, prçter rationẽ ipsã, quotidiana ferè experientia videmus: qua de re præstat in talibus oleo ꝑ inferna infuso, aut re alia leniẽte, aluum ducere. Sed hoc Germanis vt plurimum çgrè qs persuadeat, q per os malũt remedia sumere, tãt⁹ eos ea ĩ re tenet pudor.

Somnus. QVoniã autẽ sani maximã somni curã habere debẽt, ne diminutus néue superfluus, sed tẽperatus existat, quo eius ipsius percipiãtur cõmoda, & vigilarũ fugiãtur incõmoda: idcirco nõnulla de somno & vigiliis admonere decreuimus. quorũ illud apertissimum sit, ne modũ excedãt. Vtraq; enim supra modũ facta (teste Hipp.) impedimẽta afferũt.

2. Aph. 3. Nimius. Nimius etenim somnus cũ pluri humore, tũ superfluitatũ omniũ prçter sudorẽ, retẽtione, grauat atq; debilitat ac veluti elixat, & etiã sensus oẽs obtenebrat ĩstar plurimi cineris operiẽtis ignẽ extinguẽtisq;: ita vt Auic. eũ ipsum obesse animæ pronuntiarit. è contra moderatus à cibo somnus corpus vniuersum humectum reddit, huiusq; penitissimas quasq; partes irrorare creditur, facultatesq; nostras exuscitare, ac sensoria innouata redintegrare, naturalẽq; vna spiritũ, vitalemq;, & animalẽ, ac veluti

Moderatus.

denuo

denuo corpus totũ reficere. Ante cibũ exicãdi vim præstat, corporisq; nostri madorẽ omnẽ depascit, interius se agẽte calore: Nihil enĩ aliud est somn⁹ quã sensuũ detẽtio suauior quędã, calorisq; ad interna reuocatio: isq; si alimẽtũ quod satis sit appositũ sibi offenderit, cõficit hoc, inq; vniuersum corpus distribuit: ideẽq; prestat, crudiores aliquos atq; incoctos humores nactus: Sic porrò fit, vt ad hũc modũ somni cibũ præcedẽtes cõmẽdẽtur. nullo verò reperto hi alimẽto, familiares naturalesq; humores inuadũt, hosq; ipsos absumũt. Superfluæ itẽ vigiliæ omnes virtutes & principes vitę functiões impediũt quod natiuũ calorẽ (vt Auerrois inquit) refrigerãt instar ignis q nimio motu difflatur: Tũ verò spiritũ resoluũt, & maxime debilitãt cerebrũ ac plurimo vapore oppletũ reddũt. Tẽperatus verò somnus (vt antea dictũ) vitalẽ vim roborat, & virtutẽ naturalẽ potẽtẽ efficit suas pficiendi operatiões, quarũ potissima, cibi cõcoctio est quinetiã virtutẽ animalẽ requiescere facit, debilitatẽq; è studiis & laboribus cõtingentẽ remouet. Ambiget verò qs de somni mensura, an tanta esse debeat, quantam ab Hippocrate constitutam

Ante cibum. *Quid sit somnus.* *Vigiliæ superfluæ.* *Sõni mensura.*

legimus: quippe qui somnum laudabilem & naturalem eum pronuntiat, qui noctẽ nõ effugiat, & diẽ nõ impediat. Qui veterũ mos esse vr̃ si Homero credimus qui hominũ mores & studia diligẽter cõscripsit. inclinato em̃ sole, facit hominẽ ab opere cessare: exorto aũt, ad obeũda munera excitare bona ex
1.aph.16. parte videt: Vt totã noctẽ dormiendũ, diẽ autẽ vigilãdũ esse putarit: Nec ab re alibi vẽtres hyeme & vere calidissimos & somnos lõgissimos esse dixit Hipp. Inter diurnas verò somni horas minus malũ esse matutinũ tẽpus vsq; ad tertiã diei horã, in Pręsagiis enũciauit. Sed quia cõsuetudinis ratio maxima habẽda est, vt idẽ Hipp. alibi innuit, idcirco hyeme noctes integras dormiẽdas nõ esse
2 Præ.11. arbitror. Octo nanq; horæ ætati & cõmuni cõsuetudini quorũ scribimus, satis superq; fuerint, nisi quis imbecillã valde cõcoquẽdi vim in ventriculo nactus sit. Aestate verò æqualẽ nocti somnũ laudamus, qm̃ breuiores sint noctes: quinetiã spirituũ dissolutionẽ & siccitatẽ per somni mẽsurã largiorẽ cõpẽsasse iuuerit, vt matutinis horis ac etiã meridie si opus sit, nõ nihil somni acceptasse præsto sit: quãquã meridianũ somnũ euic

Sõni spatium.

Meridianus somnus.

euitasse, nisi forte maxima obstet cõsuetudo, ac prędiũ ex eo pſentiſcas, rectius est: quòd humectãtes morbos & humorũ defluxũ pariat, corrũpat colorẽ, infler splenẽ, neruos laxet, pigritiã generet, appetitũ debilitet, ad abſceſſusq; & febres præparet. Sed, vt diximus, tãtam vim habet cõsuetudo, vt in naturã trãſeat: & quemadmodũ ex ſapiẽtũ testimonio, sunt homines q̃ prauos cibos edere cõsueuerũt, nec obsunt illis: ita de somno cẽſendũ est, præsertim q̃n viget necessitas, quia vigilatũ antea sit, ac spiritus calore & labore mentis vel corporis, magnopere dissoluti existãt: quippe qui instaurationẽ quærẽtes, ad interna se recipiãt: Vnde relictis sensibus, cõtingit somn⁹. Quid eñ aliud est sõnus quã sensuũ vinculũ quo requieſcũt, vñ q̃s nominatur? Attamen hortor, vt æstiuo præsertim tpe, vna ad minus post prãdiũ elapsa hora omni cogitatiõe & cura vacuus, aut leuis rei cuiuſpiã & facilis lectiõe recreatus, sedeas: & absq; somno quiescas. Hæc eñ requies cũ plurimis nõ minus atq; somnus, imò fortasse magis cõferre solet, q̃a cõmoda absq; incõmodis afferat: colligũtur eñ spiritus, & laxata mẽtis cogitatiõe, admodũ re-

Consuetudinis vis.

Quid somnus.

Aestate vt fallendus somnus.

refocillãtur: Quòd si coëgerit somnus, & tanq̃ fur inuolauerit,(hoc eñ epitheto sapiẽtes Græci somnũ appellare non dubitãt)capite erecto, thalamiq; occlusis fenestris, per vnius horæ spatiũ dormies. Illud verò diligẽtissime obseruãdũ est, ne illicò post cœnã dormias: sed inter cœnã & somnũ cõueniẽs ĩteruallũ ad minus horæ vnius cũ dimidia intercedat. Expectãdũ nãq; est donec cibus à superiore parte vẽtriculi ad inferiorem descẽdat: q̃ vt citius & facilius fiat, post cœnã leuiter ambulãdũ est: Sic eñ fiet vt somnus q̃etior & cõtinuatior sit, & cerebrũ à vaporibus q̃ ascẽdere solẽt quũ in ore vẽtriculi diutius moratur cib⁹, lõgè minus grauatũ sit. Decubitus verò si longiuscula post cœnã mora fuerit, tũ ambulatio iuuerit ita vt cibus ad vẽtriculi partẽ imã deuenerit, super sinistrũ latus fiet : quoniam hepar super vẽtriculũ hoc in situ melius adiacet, & coctioni præsto nimirũ est. Sup ventrẽ itẽ dormire optimũ est, qm̃ situs hic calorẽ cõtinet naturalẽ, quo cibus cõcoquitur. Quòd si forte prius quã cibus de ore vẽtriculi descẽdat, aliquo casu dormiẽdũ sit, primo sup dextrũ latus cubãdũ fuerit, donec cibus à superiori parte descẽderit: (os nanq; vẽtriculi in sini-

Non illicò à cœna dormiendum.

Qualis in somno decubitus habẽdus.

ſtra locatum eſt parte) tunc enim ad ſiniſtrum aut ſuper ventrem voluendum eſt corpus, vt cõcoq in parte carnoſiore ac calidiore, nõ abſq; nominatis præſidiis, facile poſsit. Supinus autẽ vitãdus eſt ſit⁹, quoniã ad prauos morbos pręparat, vt lethargiã, incubũ, apoplexiã: nec ſine cauſa: materias namq; ad poſteriora & occiput hic ſit⁹ inclinat: easq; ne per proprios exeant canales, videlicet palatum & nares, prohibet. Poſteaquã verò cõueniens ſomni menſura expleta eſt, fricatiões vt ſupra diximus, primum tibiis, deinde brachiis, anteriori & poſteriori parti corporis adhibẽdæ ſunt, corpusq; induẽdum & fęces veſicæ, tũ alui excrementa deponenda ſunt, tum caput fricandum & pectendum, totumq; corpus extendẽdũ eſt: oculiq;, ſi opus ſit, roſacea & fœniculi aqua leuandi ſunt. dentesq; aliquo dẽtifricio abſtergẽdi, tũ aliquid maſtiches, aut galãgæ bonę, aut (ſi pituita magis infeſtet) radicis herbæ q̃ Imperatoriã ſeu Aſtrantiã vocãt, maſticãdũ eſt: q̃a ſuperfluas humiditates à capite extrahũt, capitiq; ac vẽtriculo ſublime p̄ſidiũ adferũt. Quinetiã poſt cœnã ſi forte dormiẽdũ citi⁹ fuerit, aut repletior ſit vẽtricul⁹, aut debilior, ac pręſer

Quid à ſomno agẽdum.

Maſticatoria.

sertim humidiore cœlo, hæc masticasse contulerit, aut thuris albissimi granulũ vnũ aut alterũ deglutiisse. Sed de iis hactenus. Nunc ad reliqua transeamus.

Animi accidentia.

CVm verò maxima corporis & animi cõnexio sit, vt sola imaginatiõe multas & varias tum ingẽtes, corporis mutationes, quinetiã mortẽ fieri videamus, ad sanitatẽ seruãdã bene cõpositũ animũ plurimũ cõferre putamus. Recte igitur in Cãticis Auicẽna ad morbos euitãdos maximã curã animi habendam esse notauit: ꝙ ante ipsum Gale. pronũtiauit abstinẽdũ esse ab intẽperãtia harũ omniũ animæ affectionũ, iræ & tristitiæ, furoris & timoris, inuidię & solicitudinis: qa exterminãt & mutant ab ea quę secũdũ naturã est cõsistẽtia. Moderata verò letitia, cũ ad oẽs animi functiones perficiẽdas, tũ vel maxime ad cõcoctionẽ celebrãdã, vt tristitia ad tollendã, impenso auxilio est, à tristitia igitur siue desperatione, (nã spirit⁹ tristis exiccat ossa) cauendũ est omnino, lætitiæq; Christianę, (nõ Epicuræ) incũbẽdũ. Nã, vt Auicẽna inquit, Lætãdi frequẽtia disponit ad lætitiã, q̃ duo maxima sequũtur cõmoda: Vnũ est robur virtutis naturalis: tũ spirituũ regeneratio assidua, & mi

Moderatio animi & cõstantia habenda.

Lætitia.

Tristitia.

Salomon in Pro.

& minima illorũ dissolutio sequit̃: Alterũ aũt est eius ipsius spiritus dilatio. Sẽsum præterea tẽperatè oblectare iuuat, vt visũ pulchritudine rerũ: auditũ harmonia, odoratũ suaui odore, qualis æstate est aquæ rosaceæ odor: nõ dixi rosarũ aut violarũ, quoniã sua humiditate replet caput vapore: Hyeme verò ligni aloës, q̃ cerebrũ ac cor & viscera, tũ sensus omnes cõfortat, mirificeq; lętificat. A calidis verò nimiũ & acutis odoribus cauẽdũ, quoniã ad cerebrũ vapores mittũt. Gustatũ verò sapore medio, qualis est qui è saccharo & granatorũ succo aut cotoneorũ per decoctionẽ spissato cõficitur: aut simili tẽperato, nec excedente qualitate infesto.

Sensuum propria oblectatio.

Odoratus.

Gustus.

De venere.

TActus autẽ delectatio & voluptas perq̃ mediocris esse debet: etenim dũ excedit, spiritũ & calorẽ innatũ supra modũ resoluit, humidũq; radicale seu naturale quo natiuus alitur calor, exiccat: vñ morbi, ne dicam mors, eã ob causã, citius quàm ferat natura, accidũt. Quãobrẽ cũ in coitu maxima spirituũ resolutio fiat, ab illius excessu magnopere (præsertim literarũ studiosis & macris) cauẽdum est: tametsi cõsuetudinis (vt sæpe dictũ est) rationẽ habẽdã duci

Tactus.

Coitus magna nocumenta.

2. aph. 51.

Consuetudinis vis.

cimus. Paulatim (vt Hipp. ait) ex vno ad aliud transire licet, & non aliter: Vnde Gale. & ante ipsum Arist. in Problematibus, naturæ infensas mutatiões repétinas affirmat, Dionysiumq; pulsum regno, ꝓpter cõtinentiã ægrotasse cõcludit, cum repente ex incontinenti factus esset cõtinẽs. Itaq; cum Geleno cõcludamus. Quòd Venereorũ vsus cõcedi potest, si tm̃ interualli in eorũ vsu adhibeatur, vt neq; resolutio aliqua sentiatur, & ipse seipso homo quodãmodo leuior factus, ac melius spirare videatur. Illud verò ex ratione & experiẽtia addiderim, tutius esse raró quã frequenter coire: quoniã prę̨ter multa & magna incõmoda quæ nimius affert coitus, illud maximum est, quòd cerebrũ & cor debilitat, totumq; corpus exiccat: propterea ꝙ de substãtia postremi alimẽti euacuat: Sperma eñ vt Arist. ait, est vltimũ alimẽti vtilis: tũ etiã, vt diximus, ꝙ propter voluptatẽ q̃ maxima est, nimia spirituũ & natiui caloris dissolutio fit, & vẽtriculus ꝑcipue læditur, sicut eius opportuna abstinentia iuuatur. Non abre putauit Auicenna magis obesse, si modicum quid spermatis fluat per cõcubitum supra quam natura toleret, quàm si

Artis. medicæ cap. 86.

Nimiæ Veneris incommoda.

qua

quadragies plus sãguinis ꝓmanauerit. Nã semẽ res est natiuo calori & humido cõformior ac spiritualior q̃ sanguis. Venus prœterea siccis tẽperamẽtis inimicissima est: necnõ frigidis. innoxia verò (moderato vsu) iis tãtũ est q calidi sunt & humidi, tũ verò qui genitura naturaliter abũdãt. Ga. statũ corporũ eorũ dicit esse pessimũ, q genitale semẽ copiosũ calidũq; gignunt, ꝙ eos ad expulsionẽ sui proritat;postquã & vẽtris os illis resoluit, & ipsi toto corpore nõ solũ relaxãtur, imbecilliq; fiunt, sed etiã sicci, graciles, pallidi, cauisq; oculis cõspiciũtur. quibus ipse remedia affatim ibidẽ ꝑscribit. Sed si quis calida impẽsè cibaria, & flatuosa, potẽsq; vinũ ac multum deuitet venereasq; imaginationes & similes voluptates fugiat, nõ facilè à Venere tẽtabitur: pariter si philosophię moralis sacrarumq; literarum studiis se dedat, & ocia penitus ablegret, pulchrarũq; mulierũ, quãtum fieri potest, cõsortia. Vsus etiã seminis salicis Amerinæ seu Viticis, nõ parũ modis oib⁹ cõfert. Si lũbi nimis sint calidi vngant Violaceo aut poti⁹ Nenupharino, oleo & genitalia pariter: plumę⁹ lect⁹ ablegetur: qdã aqua gelida verẽda macerãt pręsentaneo

Venus quibus innoxia.

De Tuen. sanit. 6.

Venerem vt quida uitet.

taneo remedio. Qui Nympheã.12.diebus bibunt, genitura & coitu priuãtur. Sed deniq; lauta copiosaq; cibaria dimittãtur præter necessariũ tuẽdæ sanitatis vsum. nã Veter, Pluma, Venus, laudẽ fugiẽda sequẽti. Memini me aliquãdo legisse, referẽte Chrisostomo, Christũ dominũ nostrũ dũ in terris ageret, ita parũ comedisse ac bibisse, vt superfluũ illud alimẽtis nõ generarit. Sed in hac re, vt ĩ multis aliis, paucissimos illũ habere imitatores puto, & si pleriq; in ore habeãt, omnẽ Christi actionẽ, nostrã esse instructionẽ. ad finẽ rei proposite accedamus. Quũ verò natura appetẽs coitus est, nõ cogitatione, nec cõcitata extrinsecus, sed multitudine spermatis incitata, eligẽda hora fuerit opportuna. Enimuero postq̃ cibus cõcoctus est, nõ tñ fames adest, coeũdũ est: vt inde etiã somnus aut quies sequatur, quæ lassitudinẽ illã ex coitu cõtractã tollat, aut saltẽ leniat. Potius eñ (si errãdũ est) super cibũ, quã supra nimiã alimẽti indigentiã (vt Galenus docet) peccãdũ est. melius eñ (id est minus malũ) est calefacto magis, q̃ infrigidato: & pleno, q̃ vacuo: & humecto potius corpore, quã exiccato, vti Venereis, docuerat autẽ prius tẽ-

Tempus coitus.

Loco qui supra.

periē in his eligēdā esse: vt nō sup calefactū, nō infrigidatum: nō humectū: nō siccatum: nō repletū, nō exinanitum, sit corpus. Neq; hic eā Solonis legē habere locū velim, qua cauerat, cū lōgius abstineret, vt ter in mense omnino cōgrederetur vir cū vxore: cū multis vel semel nimiū sit: nec coitus res sit necessaria ad indiuidui cōseruationē, sed speciei tantū. Sed Ethnico Soloni relinquatur sua lex. Accidit studiosis sæpius vt pituitosus succus à capite in frigidū natura ventriculū decurrat, quibus nō difficile succurritur, si mane aliquid medicaminis seu cōfectiōis diatriō pipereon, nempe drachmā vnā vel alterā, sumpserint. Sed & piper solū, pcipuè quod albū est, cōminutum, atq; aquę immixtū, bibere iis licet. vel zingiberis cōditi parū, aut chebulum conditum summo mane sumant.

Solonis lex explosa.

Vētriculo frigido vt succurratur.

AEré, tametsi postremò describimus qualis in cōseruāda sanitate eligi debeat, eū tñ pcipuū nec aliis minus curādū ducimus: assiduè nāq; eum ipsum inspirare necesse est, vt cōpetens refrigeriū cordi & spiritibus adferat: Hæc enim inter alias maxima homini necessitas est, vt vix momento tēporis viuere valeat, nisi nouus ad cor refrigerādū aër

Aër.

aduenjat. Optimum itaq;, hoc est, purissimũ in pulmones trahere, oĩbus iuxtà salubre est. Nã impurus aër, omni ætati aduersatur. At verò quæ ex calore, frigore, siccitate, humiditatéq; diuersitas aëris cõtingit, nõ perinde se ad omnes homines habet: sed corporibus q̃ optimo sunt tẽperamẽto, etiã optimè tẽperatus aër est saluberrimus. In quibus verò aliqua exuperãs qualitas dominatur, iis vtilissimus aër est qui ei qualitati pari gradu aduersatur: mutatur eñ tẽperamẽtũ contraria victus ratione: custoditur simili. Obseruãdũ igitur (qua fieri potest) ne in corrupto & fœtido aut turbato in aëre, tum valde frigido aut nimium calido nimisúe humido degas, aut flatibus vaporosis exposito, quales sunt qui de meridionali plaga ad nos perueniũt. Degendum hyeme in loco aprico versus orientem exposito: semper tamen à Solis radiis, meridie præsertim, vitandum est caput: quoniam præterquàm quòd caput calefaciunt, materias etiam ad ipsum trahunt: quamobrem grauitatis nonnunquam & fluxus sanguinis narium causa sunt. Magis autẽ Lunares radij præcipuè cum dormitur, fugiendi sunt. Prauos etenĩ morbos efficiũt, pro-

Aër vt variandus.

Hyemis habitatio

pterea quòd Luna mouet humores. Pariter nocturnum aërem fugiendum censemus, quũ Sol vitę dator à nostro discessit Hemisphęrio. Quòd si forte hyeme turbatus (qui animã vt inquit Auicéna tristificat) & caliginosus sit aër, aliqua (si nõ ex omni datum sit) parte cõpésandus est: quod fiet si domi aut operto loco cũ plusculas diei horas traxeris: tũ verò thalamũ in quo degis, laudabiliũ lignorum exustione calfacias, vel tũ iuniperi aut ligni aloës suffitũ adhibeas. Aestate verò tẽperatior locus eligẽdus est, cuius fenestræ versus Septẽtrionalẽ plagã sitæ in ꝓpatulo sint: &, si opus est, aqua rosacea & aceto rorãdus est thalamus, pręsertim cũ fœtor, aut aliâs fortasse malus vapor fusus in aëre sit. Auicẽna montanũ aërẽ æstate laudat, & superiorẽ domus partẽ nocte, inferiorem die habitandã censet.

Aestatis habitatio.

Habitationem Aristoteles elegit altam ad meridiem orientemq; spectantẽ, sub aëre subtili, nec humido, nec frigido. Et Plato longæuos in altissimis atq; temperatis reperit regionibus. Illud verò sciẽdũ est, aërẽ sublimiori pte vbi à radiis Solis reflexis nõ incalescit, frigidũ esse: & quo altior est, eò frigidior. Ob id habitare mediis ĩ domib⁹ hyeme, sublimib⁹ in

Aëris electio.

æstate, optimum est. Cauẽdum inter reliqua (quod ad exercitium spectat etiã) ne dũ incalueris, te vẽto aut gelido aëri exponas: ꝙ huiuscemodi mutatiões naturã plurimũ lędunt, frigusq́; cum meatus obstruendo humorum refrigeriũ & vaporum difflationẽ impedit, tum innato calori, cerebroq́; potissimum & neruis officit. In vniuersum autẽ Hippocratis sententia præ oculis habenda est, cuius verba citasse nõ piguit: ait ẽm plurimum atq; repentè euacuare, vel replere, vel calefacere, vel refrigerare, siue quouis alio modo corpus mouere, periculosum: q̃m omne nimis est naturæ inimicum: Sed quod paulatim fit, tutum est, tũ aliàs, tum cum ab altero ad alterum trãsitus fit. Deniq; cum magnus in aëre existit ardor, dãda maior opera est, vti frigido in aëre degatur: tũ & cibis qui & humestent & refrigerent vescendum, & in vniuersum regimine frigido & humido ad caliditatem & siccitatem aëris frenandas vtere: sicut dum frigida & humida inualescit hyems, calidiorem & sicciorem victum adhibere, vtilissimum est. Exiccatiuum autem regimen primo vere potissimum, autumno autem humectatiuum, laudatur. Aestate verò & autumno

Repentinam omnem mutationem esse fugiẽdam.

1. Aph. 51 Ne quid nimis.

Nocenti aeri cum cõtrarijs resistẽdũ.

Victus qualitas variãda.

tumno fugienda exiccatio est. Conuenienti autem regimine tempori æstiuo, & in fine veris & principio autumni vtendum: at principio veris & fine autũni, simile regimen hyemali esse debet.

Coronidis tandem vice memineris amice & candide lector, optimè dictum esse illud, cibis haud satiari, impigrum esse ad laborem, genitale semen cõseruare, res esse longè saluberrimas: atq; Aristotelẽ in Problematis, Hippocratẽ imitatũ, vniuersam bonæ valetudinis rationẽ in cibi ac potus parcitatẽ, & laboris mediocritatem, referre. Cùm autem etiã propter peccata veniãt aduersa, nõ obliuiscamur in nostra nos legitima vocatione seu vitæ genere, Deo patri nostro approbare: atque abnegata impietate, & mundanis concupiscentiis, sobriè, iustéq;, & piè viuamus in præsenti seculo, expectantes beatam illam spem, & illustrationem gloriæ magni Dei, & seruatoris nostri IESV CHRISTI, qui dedit semetipsum pro nobis, vt redimeret nos ab omni iniquitate, & purificaret sibi ipsi populum peculiarem, sectatorem bonorum operum.

Summa salubris victus. *Sect. 1. prob. 47.* *6. Epid. par. 4. Aph. 20.* *Vt Christianè viuendum.* *Paul. ad Tit. 2.*

FINIS.



NOBILI ET MAGNIFICO VIRO DOMINO ASCANIO Marso nuntio Cæsareo apud Heluetios Gulielmus Gratarolus S. P. D.

NON *equidem me latet, amice candide, multos variis tẽporib. libros in hac quoque medicæ facultatis parte æditos esse, ita vt primo aspectu meus hic qualiscunque labor his præcipuè quib. multo facilius est quiduis reprehẽdere quã facere vel imitari, superfluus omnino videatur. Attamen semper existimaui post tam multiplicem quacũque in facultate librorum copiã etiã occasionẽ præcipitẽ sciens, eum laudandum fore conatum, si quis rei non imperitus neque nouus sectator, scientiam aliquam (iuuandæ quoq; memoriæ, causa) ad breuitatem, citra tamen obscuritatem, contrahat. Quod & si multis in rebus difficilimum sit, in hac nihilominus quam aggressus sum parte mihi non adeò difficile visum fuit, vt à cœpto iuuandi omnes officio me amouerit, in qua etiam parte nõnulla ab aliis (quod sciam) hactenus scripto publico nõ mandata, descripsi*

scripsi fideliter. Porrò autem cum nihil ferè in publicum emitti sine tutore soleat, ac paruulis præsertim tutores dentur, uolui etiã libellulum hunc meum sine patrono relinquere. Delegi itaq; tuam Dominationẽ, colende mi Marse, non ignarus tamen longè maioribus rebus dignam esse præstantiam tuam: neque verò hinc tui laudandi ansam accepi, quod nec locus hic sit, nec meis egeas vel alterius laudibus: quippe cuius, clari patris imitatione, agnita virtus, probitas, & in negociis promptitudo, aliquot allexit principes, & tandem ipsum Cæsarem; vt post patrẽ tuũ, te quoque ab adolescentia in hãc vsque ætatem plusquàm mediocribus & arduis officiis præfecerint. Me autem præterea impulit non vulgaris mansuetudo tua, ergaq; omnem bonam doctrinã pietatemq; amor tuus, nec non vt meum erga te sincerum amorem hoc modo etiam significarem: spero autem vt digneris te hoc tãtillum donum: ac, sapientum more, animum potius dantis suscipias, nec ignarum vulgum sequaris, quem penes vilia sunt quæ paruo emuntur. Tibi enim libellum hunc vtilem futurum non dubito, cum plurimum his in locis verseris, vbi pestis sæuire non rarò solet. Sed, ne caput, corporis proportione, maius fiat, finem facio. Dominus Deus te suosq; omnes non minus à corporea, quàm à spirituali peste tueatur. Inclytæ Basileæ pridie idus Quintilis. M. D. L. I I I I.



PESTIS DESCRIPTIO, CAVSAE, SIGNA OMNIGENA, & præseruatio.

Authore Gulielmo Gratarolo Bergomate Medico.

PESTIS seu pestilẽtia græcè λοιμὸς, est aeris venenum seu corruptio, maláve qualitas, & vapor quidã noxius, quo tracto, cõtagiõe primũ spiritus corporũ occultè inficiũtur, ac subinde humores, & p̃sertim cordis innata humiditas, qua putrescente, febris accẽditur omniũ nocentissima: quã Auicẽna prima quarti febrẽ mali modi appellat, quòd latẽter ægrũ percutiat, ipsumq; necet: exterius em̃ corpus videtur quietũ, interius verò admodum perturbatur. quam breuius ita generaliter describere possumus, vt sit febrilis lues quæ diris ac variis modis plurimos citò perimat: eam enim febrẽ vastissima quæq; vrgere asserit Paulus Aegineta: estq; morbus peracutus.

Causas omnes adferre, difficilimũ ac longum

longum foret, ideo præcipuas dicere hic sufficiat, ex quibus reliquæ dignosci poterunt. Certum est in primis pestē flagellum Dei iustissimi peculiare dici, & esse, quo sine, cuncta disponente, aliæ secundæ causæ nihil agunt: punit vero Deus peccata etiam in iustis hoc in sceleroso mundo. Cœlū igitur, vt summi Dei admirādum instrumentū, id malum aliquādo inferiorib. afflat, vel dum cōueniunt nocentia humano generi astra, quæ ab astrologis infortunæ vocātur: vel dum cometæ, aliæq; aereæ malæ impressiones cernuntur. Ex inferioribus causis sunt quæ in tota vna regione, aut vno tātum in populo vel vna ciuitate, vel priuatis & vnis ædibus molesta sunt. Priorē adferunt lacus, paludes, terræ motus stagnātiū aquarū fœtor, cloacarū ac latrinarū colluuies, queaerē vitiāt: vel vbi cō missum est præliū, insepultorū cadauerū pestiferus fœtor, qui magis hominibus, ob naturæ similitudinē, quā aliis animātibus nocet, vt boum cadauera bobus, ac de aliis speciebus similiter: adhec assiduus imber, multus Austri flatus, ventus è pestifero loco spirās. Posteriorem odores fœtētes luti ac cœni, q̄ in viis publicis aggeruntur: olera, vt brassicæ, &

 arborum

arborũ erucę: lini, cãnabis, coriorũq́ aq̃s macerãt, graueolẽtia. Priuatę verò ædes eã sentiũt, cũ cloacis seu latrinis aut sepulchretis, aliísve fœtorib⁹ vicinæ fuerint: vel si cadauer occultũ ĩ illis putrescat, si adeat q ĩ pestilẽti loco versat⁹ fuerit: si bibit aqua ĩ qua cadauer tabuerit, & similia. In vnoquoq; aũt cã sũt humores multi aut praui ex vitioso victu collecti, ac putredini facilè obnoxij: pñt eñ ex Galeni sñia humores lethalib⁹ venenis similes gñari. Vel deniq; pp malũ & putridũ aerẽ ambiẽtẽ corpi ĩspiratũ ob necessariã ac cõtinuã viuẽtiũ ĩspirationẽ quo potissimũ spũs, deinde humores & ĩteranea, cor aũt pcipuè, malè afficiũt, in aliquo facili⁹, ĩ alio aũt tardi⁹ vel minimè, put vnus alio variis & alibi vidẽdis causis, magis aut min⁹ pati ex varia corporũ & vict⁹ rõne, põt. Signa futuræ pestis pqrere, vt ad pcauẽdũ vtilissimũ, ita p virili conabor: qualẽ aũt hic adhibuerim diligẽtiã, iudicet doct⁹ & sincer⁹ lector. Primũ atq; firmissimũ & secũdum nãm nõ solũ signũ sed ẽt cã, est pluuiarũ assiduitas ĩ fine veris, vel in ęstate, absq; vẽtorũ flatib. vllis, cũ vehemẽti calore: vel si meridionales venti flauerint. & dũ nõ pluit, turbidus tñ ac nebulosus aer

conspi

cõſpicitur, peſtilentiã futurã in fine æſtatis,ſignificatur.talẽ cõſtitutionem in Cranone ciuitate olim Hippocrates deſcripſit, quã maxima & horrenda peſtis eſt ſubſecuta.Calor enim & humidũ cor ruptionis parẽtes ſunt,cũ motus illa nõ temperauerit.Secundum è cœlo ſignum ſumi ſolet, cum deliquiæ ſolis magna fiunt, aut cometes, aut igneæ flãmæ, ac veluti: ſtellę cadentes in cœlo,id eſt aere videntur:ex immodica enim ſiccitate ac vapore bituminoſo, hæc quæ aerem etiã corrumpere poſſunt, fieri ſolent, potiſsimum autumni tempore.Si arbores ardere videantur, certius eſt futuræ calamitatis ſignum:qm̃ iam aer ipſe nos circumſtans,non ſublimis, qui minus ad nos attinet, infeſtatur. Quòd ſi aer quaſi pulueruleutus menſibus aliquot perſeueret,ac ſint multæ craſſæ ac ſiccæ nebulæ,peſtem futurã denunciat ſui generis. Cumq; videris turbidum aerẽ ac nebuloſum autumni & hyemis tempore,ſperauerísque pluuiam, nec tamen pluat, tunc ſcito eius tẽporis tẽperamentum corruptũ.Aeſtiuã autẽ peſtilentiã deſignat etiã pluuiæ paucitas in vere cũ frigore:cũq; ſubſequitur Auſter, cõturbaturq; aliquot diebus aer modò cũ frigo

re,mo

re, modò, cũ calore: inde etiã exathemata, hoc est variolæ ac pustulæ similiaq; designantur. Cum autem pestis & ab aqua & ab aere fiat, quæ ab aqua fit, cor magis petit: quæ ab aëre, cerebrum. Sæuit omni tempore pestis: sed hyeme ac vere minus, æstate magis, adhucq; magis autumno. Cum panis aëri expositus mucorem trahit per noctem, habes iam corrupti aëris signa, proximamq; si nõdum cœpit, pestilentiã. Canum frequẽs rabies ob id pestem nunciat, quòd hi vel ab aquis vt plurimũ vel aëre in rabiem aguntur: ab aquis enim corruptis rabies etiam generatur. Similiter & luporum ingressus in vrbem, & molestia assidua, rabiei in eis cuiusdam signum est nimia enim audacia rabiẽ nũtiat. ab his igitur causis quibus hi aguntur in rabiem, corrumpuntur in hominibus humores, & pestis generatur, ob id etiam quãdoque cõtingit ante pestem aues deserere oua atque nidos, & imperfectos seu immaturos pullos: omnia enim hæc signa sunt prædominãtis atræ bilis, seu ob aërem, seu ob aquam corruptã. Oues præcipuè ante id tẽpus clade afficiuntur: imbecilliores enim ac similes ferè hominibus, natura ab eisdẽ causis quibus homines,
pestem

peſtē patiuntur. Ranarum multitudo & blattarū in muris, ob ſuperfluum humidum pingue fit, quod naturæ humanæ aduerſatur, & illi perniciē affert. Cum vermes ac ſerpentes apparent, tum talpę, id cōtingit quoniā cubilia propria deſerūt ob moleſtiā vaporis qui ſub terra continetur, quiq; aſcendens aërem vitiat adeò infeſto affectu, vt perniciem ſerpētibus afferre poſsit, nedū hominibus. Cumq; talia frequēter & paſsim vidētur ac perſeuerāt augenturq;, tunc procul dubio peſtē futurā pręnunciāt. Aues etiā ſi hūc morbum cōcipiāt, ingentis peſtis ſignū ſunt: nā cum ſiccius animaliū genus atq; liberius eo morbo afficit, multo magis etiā homines. Trāſire etiā ī equos viſus eſt. Si in galla quercus nō pforata (qui fructus raro menſe Martio nō perforatur) inuenitur araneus, peſtem nunciat: quāuis alij de vermiculo inibi reperto aſſerunt: ego illorū neutrum obſeruaui, etſi alterutrum verum eſſe credā. Ad hęc tēporum anni mala mutatio, cum videlicet anni quatuor partes ſuis in qualitatibus & naturis admodum variant: vel etiā vnius naturalis diei notatu digna mutatio. Vbi exanthemata (quas etiā papulas & puſtulas vocāt) nedum pueros,

verum

verumetiã adultos crebrò affligũt. Frequentes autumni tẽpore venti meridionales & occidentales. Si prægnantes ex leui quauis occasione abortiũt. Calores immodici exitiales sunt. Quãdo æstate à pluuia, subitò magna ranarũ in tergo cinericiarum, in ventre autẽ lutearum, aut alterius diuersi coloris, cõparuerit copia. Rosæ ac violæ si sub autumnũ secundò floreãt, pestilitatem adferre compertum est. Numerosa insectorum, muscarum, vermium & reptilium multitudo. Quadrupedum & natatiliũ multitudinis interitus. Annonæ caritas talis, vt cogantur homines mala cibaria comedere. Omnium certissimum pręsagium calida & humida totius anni constitutio. Cum item videtur velle pluere, neque pluit tamen: nam tunc aer est corruptus & densus. Cum sol clarè splendet, ac immediatè subsequitur aura turbida. Hactenus de causis & signis.

Loca magis obnoxia pesti sunt in quibus est putridarũ aquarũ abundãtia: vbi multa sunt cadauera sepulta, vbi loca viscosa & vaporosa. Augescit pestis in coniunctione & oppositione solis & lunæ: itẽ cũ luna sub Saturno & sub Marte, ac pręsertim eorũ quadrato, permeat. Grassatur

ſatur magis in exortu ſolis, occaſu, meridie, & nocte media. Homines peſti magis obnoxij ſunt habētes humores craſſos, vel paruos, aut multos, & ſanguinis copiam, niſi è corpore per vniuerſalem euacuationem, id eſt venæ apertionem, aut purgationem educātur: aut per ſcabiem & vlcera, quæ tamen minus tuta purgatio eſt: ſuntq; præcipuè pueri & adoleſcentes, nubileſq; puellæ: & qui temperaturæ ſunt calidę & humidæ, deinde qui calidæ ac ſiccæ, vltimò qui frigidæ ac ſiccæ: quamuis poſtremi prioribus curētur difficilius. Nulla ferè peſtis vltra triennium ſæuit: vel quia tam diu nō habet fermè in quos ſęuiat: vel quòd aer ipſe, cum ſit leuiſsimę ſubſtātię, vlteriorē putredinē pati nō queat: & quæ cō putruerunt, nō amplius ſunt putrida: vt cocta reddi amplius cruda non poſſunt.

Vix etiam fieri poteſt ne in tanto tempore aer moueatur ac renouetur, & in ventos transferat quod corrumpitur: & deniq; Deus cunctipotēs ac miſericors modum imponit pœnarum malis, hominum pœnitentia, vel ſuorum electorum probitate ac precibus exoratus.

Notę quæ hominē iam peſtilentia correptū demōſtrāt plurimæ ſunt. Primùm

ſi exte

si exteriora, præsertim extrema, friget, interiora verò valde calent. Secundum totius corporis grauitas, crebræ punctiones, sudor fœtidus, lassitudo, segnities, oscitatio, fœtor anhelitus & dificultas: aliquãdo febris intensa, magisq; in nocte q̃ die molesta. Tertiũ capitis dolor intẽsus & grauitas. Quartum, animi anxietas & tristitia, vel syncopis & angustia: vel si tunc temporis ægrotãtes citò mortẽ incurrũt. Quintũ, propẽsio mira ad somnũ magna ex parte: interdũ enim vigiliæ ac deliria molestãt. Sextũ, oculorũ aspectus toruus, ac color varius. Septimũ, oris ventriculi seu stomachi dolor, appetẽtiæ deiectio, vehemẽs angustia, aerisq; attractio. Octauũ, sitis immẽsa, creber vomitus & varij coloris, vel nausea insolita. Nonũ, oris & linguę amaritudo, nigredo seu citrinitas, & siccitas. Decimũ, pulsus frequẽs, exiguus & profundus. Vndecimũ, vrina magna ex parte veluti iumẽtorũ turbida, crassa, & fœtida: vel primò aquosa, deinde biliosa, deniq; cõfusa & turbida: vel ĩ principio est subcitrina & turbida, & post tẽpus rubicũda ac vt plurimũ sine hypostasi. quãquã interdũ hęc à sanorũ vrina nõ multũ abesse videtur: ideo ex ea decipiũtur

plures: est enim signũ citissimæ mortis: quia totũ venenũ relictis ferè partibus naturalib. colligitur ad cor. Duodecimũ omniũ certissimũ, si eum febre, post aures, aut sub alis, aut circa inguina potissimũ, bubones sine manifesta aliqua causa: aut in aliis etiã partib. carbũculi, subitò oriãtur: & cũ in principio exoriũtur naturæ robur præ se ferunt. sed quo tardi⁹, eo peius. nõ nũquã in decretoria die apparẽt pcipuè vomit⁹, sanguinis sputũ, sudor, vẽtris fluor, scabies, pustulę, ac similia. Signa mortis in peste correpto præcipua sunt, qñ frequenter incidit in syncopim seu animi deliquiũ, sudorẽ frigidum, nauseã & vomitum in quo materia sit varij coloris prçsertim ad nigrorẽ vergentis: si per secessum talẽ habeat fœtentẽ materiã, aut viscidã: nã aliquãdo post secessum aut vomitũ cadunt in syncopim, vel etiã moriuntur. Si nigrã aut plumbeã putridámue habeat vrinã: fœtentem anhelitum: torporem, seu spasmum: casum virtutis motiuæ aut appetitiuæ inter initia, cum loquelæ perturbatione; internorum dolorem, ac coli præcipuè, atque vermes: si tumidũ ventrem ac si hydropicus foret: vel si variũ faciei colorẽ habeat: aut maculis in cor-

pore quæ citò delitescant. Quo magis hæc vnà adsunt signa, eo certius moritur. Si eorum signorum nullum adest, interdum tamẽ moritur propter varias accessiones, vel quia totũ virus residet in corde, & natura circa naturales operationes occupata, nõ tẽtat, aut nõ potest (nisi fortasse opportuno remedio adiuta à medico) illud expellere. hinc fit, vt cum inducias dare aut desistere videtur morbus, altius (ob assistentium aut medici negligẽtia) radices agat, & perimat. Signa dubia sunt cum stomachus omnino abhorret cibum, & lingua est nigra atque arida, inquietus est æger, rationem amittit seu delirat, non dormit. hæc tamen si cum prædictorum signorum aliquo eueniant, certa sunt mortis imminentis signa.

Cæterùm quòd pauci seruãtur in hoc morbo, nihil ferè in causa est (si diuinam iram ob peccata excipias) quàm hominum negligẽtia, stupiditas, medicamentorum & medicorum bonorum cõtemptus, ægrotantium mala in victus regimine custodia, corporum intẽperantia, vel res angusta domi: aut quod paucissimis velint adesse medici sibiipsis à periculo cauentes (nã multis capitalis pœna

cense

cẽſetur) prẹſertim agnita ęgrotantũ ingratitudine erga tãtũ officium: cũ multi ſint qui vel in aliis nõ cõtagioſis morbis Deum tentantes, malint mori diuites, quàm, nõ dicã viuere pauperes, ſed ne parumper imminuatur pecuniarum ſuarũ cumulus: at vt vincamus in bono malũ: & gratuitò etiã inimicis beneficia obtrudamus, ad Præſeruãtia deueniẽdũ.

Remedium igitur præcipuũ erit ſoli cœlíque mutatio: vtiliſsima enim ſunt tunc illa tria aduerbia, Citò Longè, Tardè. Quòd qui facere nõ queunt, aut Christiana charitate affecti, nolunt, curẽt imprimis habitare in loco perſpirabili, cœlum nubilum vitantes, frigus matutinũ ac veſpertinum, fluminum & ſtagnorum auras, ac ſordida quæq;. Aerem reddant meliorem tum publicè, tum priuatim, igne ac ſuffumigio facto cum rebus aromaticis calidis aut frigidis, vt temporis conſtitutionibus conueniens erit, vt aer exiccetur, ſicq; prohibeatur putredo, & aer fiat boni odoris: prius igitur ignis fiat. tum ſuper prunis odorata ponantur. Quæ autem hæc præſtent, calida, ſicca, & odora erunt: qualia præcipuè ſunt abies, agallocũ, ſeu aloës lignum, aloe, acorus ſeu calamus aromaticus, aſa-

rũ, citrei mali cortex, crocus, cinnamomũ, cupressus, costus, galãga, caryophylli, iuniperi lignũ & grana, libanotis seu rosmarinus, lauendula, lignũ balsami si verũ haberetur, ladanum, laurus, laserpitij lacryma, iuncus odoratus vulgò squinãtũ, myrrha, nascaphthum, mẽta, cuius folia arida facta in vmbra etiã aduersus venena seruãtur, ocimũ, origanum, pinus, phu seu Valerianę radix, pulegium, robur seu quercus, saluia, satiina, sarmenta, styrax, scordium, thus, terebinthina odorata, tamariscus. Cõposita etiã pro suffumigio inde fieri possunt, vt trochisci, pulueresq; crassiores: ꝓ ditiorib. habẽtur in officinis gallia moschata, vel alipta moschata, auiculæ cypriæ vocatæ quæ veluti cãdelæ paruæ sunt nigri coloris, quæ incensæ mirã reddunt fragrãtiã: quarũ vnus modus talis est Rec. ladani puri, styracis calamitæ, myrrhę, mastiches, thuris, sing. vnc. semis, maioranę ciperi, vel iunci odorati, rosarũ rubearum, sing. vnc. cinnamomi, caryophyllorum, santali citrini, spicæ nardi, macis, sing. drach. semis, carbonũ ligni salicis aut tiliæ lib. semis, styracis liquidæ vnc. aquæ rosarũ quãtũ satis est ad cõpletam eorũ incorporationẽ addendo etiã parũ

tere

terebinthinæ odoratæ, vel plus styracis liquidæ, ac secundũ arté formétur, adiiciẽdo ad placitũ & iuxta tẽpus cãphoræ vel moschi aut ambræ parũ. Pro æstate erunt rosæ, myrtus, nenuphar vterque, omne santalũ, vitis palmites, cotonea, aurantia poma odore præcipua, oxycratũ quo muri ac pauimentũ irrorẽtur cũ caliditate molestat aer: tuncq; etiã loca eligantur vmbrosa, & septentrionalia, reprimaturq; (vt iam dixi) aeris caliditas aquæ frigidæ cum aceti parte aspersiõe, vel rosacea & aceto, aut linteamina his madida affigãtur parietibus, spargantur folia & flores ex rebus frigidis: ac pari modo per contrariũ corrigantur aliæ qualitates aeris. renouetũr quoq; inclusus cubiculis aer hora sereniori diei, & à septẽntrionis parte in estate, ab oriente aliis temporibus, nisi aliud obstet. illud etiã inter cætera cauẽdũ, ne canes vel catti nostri domestici tpe pestis extra domũ vagentur: facile enim cõtagiũ adferrent. Qui sani sunt, & fortiora preseruãtia respuunt, hoc saltẽ curabunt, vt cũ domo exeãt aut aliquẽ morbi suspectũ alloquuntur, ne à propinquo & vento spirãte id fiat, teneãtq; in ore ac mãdãt parũ radicis angelicæ, vel zedoariæ, vel

citri corticē, aut dictamnum, vel simile aliud: pauperes frustulum raphani habebunt, vel sumēt aliquādo in mane (præsertim hyeme & vere ac nō biliosæ temperaturæ homo) vnum aut alterum cochlear vini raphani, quod hoc modo parēt: Raphanum bene mundum & in frustula cōcisum pone in phiala aut paruo cātharo vini odorati subtilis & albi seu citrini, sicq; operculatum vas dies octo dimitte, tum raphano excolato & abiecto, vino vtere: potes simul addere aliquid tēpori ac tibi cōueniens, vt valerianæ radicē, vel iuniperi grana, vel aliud quoduis. Rutā odora vel solā, vel prius aceto madidā: aut spongiā rarā tali aceto rutaceo imbutā tecum exiens defer, & sępe naribus & ori admoue, vel lauri folia cōfracta: æstate rosaceam acetomiscę aut violaceā. Qui infirmos visitare coguntur, etiā radicē helenij seu inulæ in ore teneant. Si ditior aut delicatior es, poteris habere pomum ambræ vocatū, seu orbiculum aliquod odoratum, quorum vbique varia est compositio ex ladano & speciebus ac succis odoratis: vel cotoneum aut aurantium pomum odora: roborantur enim & restaurantur spiritus odore aeréque bono. facies, os,
den

dentes, & manus vel aqua salsa, præser tim hyeme, vel rosacea, tertia vel quarta parte aceti addita, lauentur, addãtur hyeme caryophylli cõtusi, vel lauẽdulę flores. SED vt breuiter fortiora etiã remedia & generalia indicẽ, Ante omnia mortis metũ abiice, sed nõ DEI timorẽ: neq; propterea periculũ ames, aut temerè incurras, nisi proximi charitas, aut reb⁹ omnibus anteferẽda CHRISTI gloria, vrgeat. Educãtur quãprimũ à corpore humores praui, vel pilulis cõmunibus, q̃ ferè alternis diebus sumi possunt, aut paulò fortioribus aliis ĩstra describẽdis, (nisi summa sit æstas) vel alio iuxta peccãtes humores cõueniẽti, nec forti tñ medicamento, vt cassia, manna, Rhæbarbaro, & similib⁹: adiectis semp his quæ corroborẽt iuxta tẽpus & reliquas indicationes: aperiãtur etiã obstructiones decoctis & oxymelite, vel acido syrupo, aut bysãtino, aliisq; cõueniẽtibus: & ꝓhibitæ perspirationes tẽperata lotiõe ac detersiõe, aut frictiõe & olei chamęmelini aut rutacei (si frigus erit) vnctiõe, ne occasio sit nouę putredini. Si sãguinis abũdãtia plethoráue adsit, festinanda est in primis venæ sectio ꝓut ętas, vires, & reliqua consenserint,

 fiatq;

fiátq; in loco clauso & aere prius rectifi cato, comuniterq; mediana secanda est, vel vena quæ tumidior fuerit, præmisso (si aluus sit stricta) leniente enemate, vel glande iuxta bonorum medicorum canones? & rationem ipsam. In sexu fœmineo saphena aperiatur, vt mẽses fluant suo tẽpore, iuuẽturq; ad hoc etiã decocto, vel puluere aliquo idoneo, qualis iste est, videlicet, recip. cinnamomi electi vnc. semis, seminis ligustici cõmunis (quod hipposelinõ est) drac. duas, foliorum betonicæ, rutæ, hypericonis, pulegij, melissophylli, saturciæ, sing. drac. 1. absinthij, gentianę, baccarũ lauri sing. drac. semis. fiat puluis subtilissimus, ex quo detur cum iure aliquo appropriato per aliquot dies ante mensium purgationem: nam prouocãdo menses, etiã à peste præseruat. In peste correpto iuuene ac forti fiẽda est venę sectio intra sex horas, aut quàm citius fieri potest, & è directo affectæ seu dolẽtis partis: neq; ante illã dormiat, nec post ante quinq; vel sex horas. post dẽptũ sanguinẽ, statim antidotũ aliquod cum liquore cõuenienti detur, ac sudor eliciatur: quorum sanguis fœtet, deplorata est salus. Sed ad scopũ præseruatiõis redeo. VI-

CTVS

ctvs regimen, ex rebus boni succi & subtile sit, & exiccãs: debẽt enim eo tẽpore sicca corpora in sua seruari siccitate, humida verò siccari: nullo tamẽ laborioso exercitio, aut sudatorio pręsertim publico, aut in aere infecto, sed frictionib. potius, sobrietate, ac idoneo cibo ad acetosum vergẽte. Et potissimũ æstate aceto, vel omphacio, succóve granatorum, vel berberorũ, oxalidis, aliorũq; acetosorũ ad intinctus vtẽdum aut cõdimẽta. hoc etiã puluere (citra æstatẽ) vel simili, cõdiãtur cibaria vel aspergãtur, rec. granorum paradisi seu meleghettę, tormẽtillę, dictãni albi vel pseudodictãni ana drach. sex, caryophyllorũ, cinnamomi subtilis ana vnc. semis, terantur in puluerẽ addito saccharo albo ad dimidiũ. Piscibus bonis (præsertim æstate) licebit aliquãdo vesci coctis in aqua cum modico aceto & aromate aliquo, vt cinnamomo aut zingibere: post quos duas vel tres nuces prius in aceto madefactas comedes. alimẽta facile putrescẽtia, vel multa, vel admodũ varia, longamq; comœdiã, aut cruditatẽ dimitte, q̃ omni tẽpore nocẽt, nõ solũ in peste. Cũ in aere coruscatiões ac similes impræssiones aparuerint ante fructuum collectionẽ

illius tẽporis fruct⁹ presertim horarij, aut olera, paucis ad ré faciẽtibus exceptis, vitãda sunt. ablegetur porcina caro, aues aquaticæ, pisces malarũ cõditionũ aut plurimi, & similia. nec aqua bibẽda est q̃ in terræ natat superficie. æstate oligophoro seu aquoso vino vtẽdũ, vel posca (quæ est aqua ex aceto temperatè mixta) tollẽda est sitis: viteturq́; factitia, mala, seu sophisticata vina. Sõnus sit moderat⁹, coitus rarissim⁹, aut null⁹. anim⁹ sobriè hilaris ex corde puro, cõsciẽtia bona, & spe. sint procul timor & ira.

Fortiora adhuc p̄seruãtia (præsertim si oporteat facta purgatiõe vel venæ sectiõe) sunt theriaca magna si bona est, (cuius qualitas qualitati pestis id est venenositati aduersatur) cũ calidis aut frigidis ꝓ ratiõe tẽporis & hominũ exhibita: aut ea q̃ ex quatuor rebus cõstans, Diatessarõ vulgò dicit̃: aut Mithridaticũ antidotũ cõmune, vel illud regiũ ex quatuor reb⁹ paratu facile: Electariũ de ouo: (nõ cõbusto vt pharmacopœi ignari faciũt.) Electariũ lupi vocatũ, aut liberãtis: modò tẽpore cõueniẽti sumãtur & mẽsura. rustici cæpe crudũ edant summo mane, aut alliũ: vel pulueris radicis aristolochiæ rotũdæ drac. vnã vel

feminis vel fcrup.vnũ fumãt cũ ceruifia calida,aut vino vel alio potu cõueniẽti: à præcordiis eñ purgat, & putredini re ftit.Pręftarent bol⁹ armenia, vel terra fi gillata feu lẽnia, vel vnicornu fi vera ha berẽtur venalia:fed hæc vel adulterata reperiũtur, vel penes magnates aut pau cifsimos feruãtur. Scito tamen q̃ vulgò bolus oriẽtalis dicitur, effe verã lẽniam terrã:q̃ autẽ figillata eft, infyncera eft noftris tẽporibus vt plurimũ. ideò vlte rius aliqua ex multis cognitis nõ minus tuta, paratu facilia, vfuq; & authoritate cõprobata, præter iã, dicta, huc adferã. Ac primò ex fimplicibus laudatioribus funt mali citrij fucc⁹ vel femina, imò omnes pomi partes venenis contrariæ funt. Carduus benedictus feu herba Turcicha, in cibo vel potu omnimodo. Vincetoxicũ feu hirũdinaria herba, origanũ, ferpillũ, fifimbriũ, ruta, buglossum, fonchus, agaricũ, betonica, lauri baccæ, hypericõ, cãphora & fantala oĩa æftate. Angelicę radicis vel feminis fcrupul⁹ cũ vino, aceto, vel rofacea(pro tẽpore) bibitus:nã venenũ fudore & vrina abigit. Tormentillæ radix, dictamnum cretenfe, pimpinella, carlinæ radix quæ eft albus chamæleon, Imperatoriæ, radix

dix seu Astrātiæ, ruta capraria seu galega omnibus modis ꝓficua. Scabiosæ aqua vel succus, gētiana, cruciata, acetosa seu oxalis, cerui cornu puluis, radix morsus diaboli vulgò dicta. Iter lapides sunt margaritæ, lapis bezahar, coralli, smaragdi ad læuorem contriti, & potu sumpti cōueniēti. Et his ac similibꝰ fiūt cōposita varia: vt sacculus ꝓ corde pręseruās & curās, huiusmodi: rec. sapphiri, smaragdi, hyacinthi, rubini, corallorū rubeorū & alborū sing. drac. croci scrupulū, margaritarū drach. semis, ambari grana sex, radicis iridis siccę & odoræ vnc. semis, cornu ceruini vsti drach. auripigmēti vnc. semis, arcenici albi drac. duas: terantur omnia, & fiat sacculus cū sindone purpurea, cordisq; regiōi appōnat. nec timēdū est ex appositis venenis imò venenū vnū aliud à corde repellet: si vlcuscula aut vesiculas in ea pte īduxerit etiā tutiꝰ est, fuere aliq̄ q̄ solius arsenici frustū appēdere. experti sūt nōnulli etiā fide digni bufonē in puluerē redactū, & sacculo cordi applicitū ad p̄seruationē: eius venenū, dū in ollula vrit, tollitur ferè, vt ī omnibus quæ vrūtur. Optimū est & oleū ex multis scorpionibus vel viperis, aliisq; alexiteriis secū-
dum

dum artē factū, si eo semel vel bis quotidie arteriæ pulsatiles cordisq; regio liniātur, ac nares, iugulū, osq; vētriculi: obruēte morbo bibitur etiā ex eo vnc. semis, vel minus iuxta sumētē: sunt em̄ extremis morbis extrema adhibēda remedia, & fortia fortibus: & putò curāti, non à leuioribus, sed ab æqualibus inchoādū est inungitur & iuniperinū oleū. Puluis sudorē eliciēs ac præseruās; præcipuè facta phlebotomia vel purgatiōe: rec. Dictāni albi vnciā, radicis tormētillę vnc. semis tere & misce: da drac. cū aqua scabiosæ vel endiuię & aceti mō dico, ac substragulis bñ tect⁹ dormiat ac sudet: peste autē correptus addat tātūdē theriacæ, ac sine somno sudet. potes loco dictāni carduū benedictū accipere, ac eius decoctu. Idē fiet cū liquoris stillatij nucum immaturarum vnciis 6.

Puluis alius illos ēt à peste pseruās qipsa affectis inseruiūt: rec. tormentille, boli armenij præparati, corallorū vtrorūq;, dictāni albi, gentianæ, lēniæ sphragidis seu terrę sigillatæ sing. drach. omnibus tritis & mixtis, da quaq; die drach. ieiuno cū rosacea, aut endiuæ, vel oxalidis, aut scabiosæ aqua, vel cū vino. Proficit & pueris scrupulus, nam vermes ab his

tunc

tunc potissimum pellẽdi sunt, ob quos magis pesti ac deniq; morti fiunt obnoxij:pro qua re etiam sequens puluis apprimè conueniet:rec. cornu cerui vsti, seminis absinthij vulgaris, vel santonici, vulgò Alexãdrini seu seminis sancti aut etiã musci marini quã officinæ corallinã vocãt, (quæ sola satis foret)zedoarię,nucleorũ persici sing. vnc.semis, macerentur amygdalæ persici in aceto, siccẽturq; & omnia in puluerẽ redigantur:ex quo per aliquot dies detur,vngaturq; anus butyro & saccharo mixtis, vel melle puro :aut supponatur penidiũ. potest etiã emplastrũ per noctem vmbilico & vẽtri apponi ex rebus appropriatis, vt absinthiomenta crispa vel rhomana,farina lupinorũ,foliis persici,& felle tauri,æstate his vel prægnãtibus mulierib⁹ ac pauperib⁹dari põt bol⁹ acetosæ herbæ aceto maceratæ : idẽ cũ scabiosa vel similibus fieri põt:vel eorũ aquis cũ vino modico hyeme, ęstate cũ tribus guttis aceti,quæ prægnãtes etiã radicem tormentillæ in ore deferant, odorentq; acetum & mentam , vel panem tostum aceto tinctum.Pilulę præseruãtes & curãtes de quibus suprà innui.recip.aloës electæ vnc .duas , myr-

rhæ

rhæ electæ vel eius loco (nam ſæpe vix bona reperitur) ariſtolochiæ rotundæ vnciam, croci drachmã ſemis, boli armenij præparati drachmã, tormentillæ, dictamni, ſingulorum ſeſquidrachmam, ſeminis acetoſæ, ſeminis pomi citrei ſing. drach. ſemis. Rhabarbari drachmas duas, ſalis gemmæ. ſpicæ, ſingulorum drachmã, cũ ſerapio de acido citri ſucco in globum redigantur pro pilulis: da ieiuno drachmam, bis vel ter in ſeptimana ſecundum neceſsitatem. In ſola præſeruatione præſertim humidioribus vt Germanis, cõueniẽt ſequentes: recip. maſſæ pilularum de hiera drach. pilularum de maſtiche drach. ſemis, agarici trociſcati ſcrupulum, gingiberis, ſpicæ ſing. grana duo vel tria, cum aqua radicũ inulæ, vel aqua ſcabioſæ fiãt pilulæ paruæ, ſumat in vna vice, ſi debilior ſit, in duobus diebus, ac bis vel ter in anno ſatis erit moderatè viuẽti. Remediũ aliud pro pauperibus vel ad dimidium annũ præſeruãs, quo potiſsimũ non calido tẽpore ſeniores vel humidi vtantur. rec. artimiſię, ſaluię, ſummitatũ ſambuci ſing. manipulum vnũ, gingiberis vnciam, vini veteris menſuras duas, inciſa quoq; lẽto igne ad dimidiũ in olla

vitrea

vitreata cooperta:infrigidatũ ꝑcola,sume tria cochlearia quotidie vsq; ad octo dies vel nouẽ. Aliud, rec.castorei veri, aristolochiæ rot.ana drach. duas, gentianæ drach.baccarum lauri drach.4. ex omnibus fiat puluis.sume drac.(vel minus ꝓ sumẽtis ætate & natura)cũ aceto rosato,aut vino, vel aqua idonea semel in die in ꝓseruatiõe, bis aũt ĩ curatiõe.

Puluis cõtra pestẽ correptũ,rec.radicũ dictãni,tormentille,ana drach.myrrhæ electæ drach. duas, croci, melissophylli ana drach. cinnamomi, seminis ocimi ana drach.semis. aloës puræ, vel lotæ(si minus purgare, & ventriculum roborare vis)ad põdus omniũ. fiat puluis subtilis, detur drach. in aqua rosacea vel acetosæ.Si retinuerit & sudauerit, sanitati restituetur : si euomuerit, morietur vt plurimum.Sed cũ de morbi curatione præcipuè non proposuerim tractare,finem dicendi facio : neq; enim desunt antiquorum & neotericorum præsertim, hac de re libri multi, quibus tamen non vulgaris accedat cognitio,prudẽtia, & iudicium oportet.

FINIS.

